rit ⁊ nō poterit nō esset oīpotēs ꝫ impotens que am bo manifeste sunt cōtra fidē xp̄ianā. Primo ex eo q̄ deus est summe bon⁹. ps. Cōfitemini dño q̄m bon⁹. vñ etiā Arest. xj. metha. Deus est optimū ⁊ sempiter nū bonū. Itē scdo ex fide et sacra scriptura habem⁹ q̄ de⁹ est oīpotēs. ps. Oia quecunq; voluit fecit in celo ⁊ in terra. vñ dicim⁹ in symbolo fidei catholice. Credo in deū p̄iem oīpotentē. Scdo sic improbat. si stelle hoc faciūt q̄ sum⁹ boni aut mali. nec bonū nostrū laudādū est. q̄ in nobis nō est volūtarius actus vñ Hugo de sctō vic. Nemo inuitus bñ agit. etiaz si bonū est q̄ agit. vñ dī in decre. Nullū bonū nisi voluntariū. xx. q. iij. p̄sens. ⁊ xxiij. q. v. ad fidē. ⁊. q. vj. ca. j. vñ etiā Arest. v. ethi. Sine volūtatę nō pōt q̄s bonū opari. Item nec malū nostrū vituperandū est q̄ in nobis nō est volūtarius actus vt quid em̄ malī mei penā suscipere q̄ nō volūtate ⁊ necessitate cōmisi. vñ Ber. cōtra hoc loquit in quodā sermone dicēs. Quid odit aut q̄d punit de⁹ p̄ter xp̄iā voluntatē. Cesset em̄ xp̄ta volūtas ⁊ infernus non erit. In q̄d em̄ ille ignis deseuit nisi in xp̄iā voluntatē. Tercio hanc insipientiā ⁊ errorē destruūt mādata dei. q̄ data sunt hoibus ne peccēt. Itē sil'r ps. ⁊ sacre scpture q̄ exhortant hoies vt faciāt bonū. hāc insipientiā ⁊ hunc errorē destruunt. Quis em̄ p̄hiberet aliquez ne faceret malū q̄ non posset declinare. aut q̄ faceret bonū. ad quod nō posset puenire. mō in p̄ceptis precipit. Nō mechaberis. nō furtū facies. non assumes nomē dei inuanū. nec iurādo nec blasphemādo et sic de alijs p̄ceptis. mō si dicis q̄ deus p̄cepit tibi q̄ ñ potes ip̄lere. tūc tu mentiris ⁊ incurris maledictionē dei. Ber. Maledictus q̄ dicit deum p̄cepisse impossibile. Itē xp̄s dicit Matt. xxj. Jugum meū suaue est ⁊ on⁹ meū leue. Quarto improbat q̄ p̄ hoc tolleret liberū arbitriū. q̄ tñ necessariū est in nobis. cū quo nos deus p̄uilegiauit. q̄ añ hominē sunt ignis ⁊ aq̄. ⁊ ad quodcūq; voluerit poriget manū. Sciendū q̄ Aug. dicit q̄ bñ nr̄a animalis sensualitas inclinat plus ad vnū viciū in vna cōstellatiōe q̄ in alia ⁊ sic etiā intelligit de vtutibus. vtpote natus sub venere ad luxuriā. sub marte ad bellū. sub v̄gine ad castitatē. vñ Arest. iij. ethi. In desideriis naturalibus pauci peccāt. Itē teste ptolomeo. Sapiēs dñabitur astris. ⁊ Aug⁹. in regula sua ad frēs in hereino dicit. Q̄n dyabolus scrutat nos p̄nos ad vicia. p̄ tales nr̄as naturales inclinationes p̄ ea vicia nos solet sepius temptare ad que nos sentit magis inclinatos esse, vñ Gen. iij. dixit deus ad eayn fratum volentez fratrē suū occidere. Subtus te erit appetitus tuus. ⁊ dñaberis eius. Nō em̄ cōstellatiōes regere p̄nt nostras volūtates. q̄ peccāt q̄ tenēt fatum. ⁊ dicūt q̄ de necessitate oportuit eos hoc malū facere. q̄ de⁹ voluit et ordinauit sic fieri. ⁊ sic retorquēt culpas suas in deū q̄ est innocēs. vñ Amb. Malū est peccare. pei⁹ in pctis p̄seuerare. pessimū ⁊ pniciosum est se defendēdo in deū culpā suam refundere. ¶ Quantū ad scōm scz quō isti tres reges cōmendant ex feruore inquisitionis ⁊ oblationis. nā statim visa stella iter arripuerūt. ⁊ iesum puerū diligēter inquisierūt cum dixerunt. Ubi est q̄ natus est rex iudeor vidim⁹ em̄ stellam eius in oriente ⁊ venimus adorare eū. Unde sciendus q̄ sicut habet in longa legēda colonie. Isti tres reges fuerūt sectatores xp̄e balaam q̄ xpheta uit vt habet Mume. xxj. Orietur stella ex iacob ⁊ v̄go pariet saluatorē. De quo etiā dicit Crisp. sup Matt. q̄ quidā ppli elegerūt duodecim ex eis. ita vtvno decedente alius in locū eius surrogaret. Qui ascendentes sup montē excelsum illo tpe orauerunt ad deum vt ostenderet eis stellā quā balaam predixerat. Adueniente autem tempore natiuitatis xp̄i in ipsa hora noctis medie apparuit sup ipsos in aere stella p̄fulgida ⁊ pulcerrima. In cuius summitate erat imago pueri paruuli secū ferentis imaginem crucis. Ex cuius aspectu valde fuerunt gauisi. eo q̄ suis tp̄ibus meruerunt illud videre. Et vox audita est. Ite in iudeam ⁊ regē quem quer̄itis natum inuenietis. Tunc statim isti tres reges Caspar Balthasar ⁊ Melchior cum suis iter arripuerūt ⁊ hierosolymā venerunt. ¶ Querit quare hierosolymam venerunt. cum tamē ibi natus nō fuit rex quē quesierunt. Rñdet Sm Remigiū q̄ magi tempus natiuitatis xp̄i in stella cognouerunt. sed natiuitatis locum ignorauerunt. Cū autē hierm̄ erat ciuitas regalis ⁊ ciuitas oblationis ⁊ sacrificij opinati sunt q̄ tā egregius puer q̄ erat rex iudeor. cui ⁊ ipsi munera offerre volebāt solum in ciuitate regali ⁊ oblationi cōgrua nasci deberet. Sed dī. quomodo in tredecim diebus hierosolymā ab oriente venire potuerūt cum tamen hierusalem est in medio terre. Respondeo Sm Remigiū q̄ puer qui tunc natus est in tam breui spacio de vltimis finibus terre ad se magos perducere potuit. vnde Sm Hiero. Isti tres reges venerunt in dromedarijs. qui sunt animalia velocissimi cursus. que tantū vno die currunt quātum equus validus in tribus diebus posset currere. Sed in predicta legenda habet q̄ lux ibi continue lucebat vbi equitabant nec ipsi nec iumenta esuriebāt nec comedebant sed die noctuq; equitabant. Et nota q̄ magis hierosolymam intrantibus ipsa stella disparuit. quod diuina dispositione factum est vt sic de loco natiuitatis interrogare cogerentur. ⁊ sic certificarentur non solum per stellam sed etiaz per prophetie dictum. vnde cum venissent hierosolymam statim ac cesserunt ad herodem dicētes. vbi est id est in qua ciuitate vel in quo loco est qui natus est rex iudeorum id est qui debet esse rex iudeorum. Nota christus natus specialiter dictus est rex iudeoruz. ꝫ̄ꝫ̄ sit rex celi ⁊ terre. ⁊ dominus angelorum et hominum triplici ratione. Primo ideo q̄ fuit specialiter iudeis promissus Sm illud Malachie vltimo. vobis timētibus nomen meum orietur sol iusticie. Secundo quia ipse principaliter missus est eis. sicut ipse saluator per seipsum testatur in euangelio Matthei. xv. Non sum missum nisi ad oues que perierūt domus israel. Tercio quia cum eis nutritus ⁊ cōuersatus est scilicet in nazareth vt habetur Luce. iij. Si aliquis ipsis magis dixisset. vnde scitis regem iudeorum natuz. dixissent. nos existentes in oriente vidimus stellam eius. Unde Fulgentius. Puer natus nouam stellam fabricauit. Unde beatus Augustinus in sermone huius festi. Ipse nouam stellam creauit natus. qui antiquum solem obscurauit occisus. Sciendum q̄ stella q̄ apparuit in tribus distabat ab alijs stellis. Primo

in situ q; nō in celo sita erat. sed in aere ꝓpe terram. Scōo in lumine. q; tāte claritatis fuit q; de die t nocte splenduit. sic q; sol non potuit ꝓoccupare splēdorem eius. Tercio in creatione. q; alie stelle in prīcipio vniuersi sunt create. ista aūt nascēte xp̄o apparuit t cōpleto cursu suo redūt in materiā ꝓexūtem. Tū quidā dicūt illā stellā angelū fuisse q̄ pastorib⁹ nūciauit natiuitatē xp̄i. Sed sciēdū q; Crisō. hic q̄rit. nūq̄d sciebēt magi q; in hierm regnabat herodes. nunq̄d nō intelligebāt magi legis iusticiā t ꝓscriptionē vt quicūq; viuēte rege aliū regē ꝓnunciaret. aut adoraret q; q̄si tyrānus puniretur in sanguine. Et rñdet Crisō. Xp̄s firmauerat quos attrahebat. t ideo nō timebāt q; dū ꝓsiderabāt regē futurū nō timebāt presentē. nā si de morte timuissent nūq̄ ad herodē ausi venire fuissent. Et cū adhuc nō viderāt xp̄m. parati tñ erāt mori ꝓ xp̄o. Herodes aūt rex audiēs hoc turbatus est valde. ex eo q; fuit alienigena: timēs ne regno ad iudeos reuoluto ipe cū oī semine suo expelleret a regno. Et ideo fm bea. Crisō. herodes libros in q̄bus genealogia regū iude tenebāt ꝓcremauerat vt oblitioni tradi deberet regū ordo. Exeūtes autez magi hierosolymā ecce stellā quam viderāt in oriēte añcedebat eos vsq; dū veniēs staret supra domum t locū vbi erat puer. Legit em̄ in legēda predicta q; reges postq̄ exierūt de hirm videtes stellā gauisi sūt gaudio magno valde. t ad pastores venerunt. Qui pastores claritatē stelle videtes occurrerūt t interrogauerunt q̄dnā hoc esset. Audiētes q; puerū natū q̄rerent dixerūt eis pastores qualiter angelus apparuit eis in nocte natiuitatis xp̄i cū magna claritate dicens. Annuncio vobis gaudiū magnū qđ erit omni ppl'o q; natus est hodie saluator q̄ dr xp̄s in ciuitate dauid. t quō in ciuitatē ingressi inuenerūt puerū iacentē in ꝓsepio et pānis inuolutū. Quis auditis tres reges gauisi sunt valde. Et ecce stella añcedebat eos vsq; dū veniens staret supra domū vbi erat puer. Et intrātes domū. i. diuersoriū vbi puer natus erat inuenerūt puerū aspectu pulcrū pannis vilibus inuolutū. Si ergo magi regē terrenū querere venissent magis fuissent cōfusi q; gauisi. q; tanti itineris laborem sine causa suscepissent. Huc aūt celestē regem querebant. et si nihil regale videbant in eo. solius tñ stelle testificatione cōtenti gaudebāt oculis eor cōtempti bilē puerū. s. in bonis tpalibus cōspicere. q; spūssanctus in cordib⁹ eor terribilem eū mōstrabat quē puerū inuenerūt cū maria matre eius. Ait Crysō. Non diademate coronatā aut in lecto aureo recumbentē. sz vix vnā tunicā habentē. nō ornamentū corporis. sz ad tegumentū nuditatis. qualē poterat hīe vxor carpētarij pegre. cōstituta. Dispositione aūt diuina factū ē vt dic Raban⁹ q; tūc ioseph aberat. ne aliq̄ male suspitionis eo pūte gētibus daret occasio. Itē inuenerūt puerū cū maria matre eius. q; dū ygo beata videret magnū ante diuersoriū comitatū recepit puerum suum de presepio in gremiū suuz. t in virgineā brachia sua. vt sic ipa se puerī matrē oīderet esse. vñ Crisō. Magi viso puero lumine vere fidei illuminati crediderūt eum mundi esse saluatorem. ac eundē quē tanta sollicitudine quesierunt. t quē stella annunciauerat: Nec ab hac fide matris paupertas nec pueri imbecillitas retraxerat. Ideo dicit euangelium. pcidentes. s. sup terrā t sup facies suas adorauerūt eum adoratione latrie. vt verū deū. vbi dicit glo. Hoiem viderūt t deū esse crediderūt t cognouerūt. t iō adorauerūt. sic vt q̄libet eor deposita corona sua flexis genibus. t capite in terra demisso cū magna cordis deuotōe t oris ꝓlata oīone ipm vnanimiter laudauerūt. t mūdi saluatorē eū eē dixerūt. t de bñficio q; stella eos ad ipm ꝓduxerat gr̄as egerunt. Hec glo. Ac demū aptis thesauris suis obtulerūt ei munera aurū thus t myrrhā. Remigius. Vnusquisq; eū ꝑ tria munera obtulit. vt vnusquisq; eū cū suis muneribus verū deū t hoiez mortalē ꝓdicaret. vñ Bed. Q̄z magi obtulerūt aurū ꝑ fuit ad paupis pueri cū mre sustētatoz Thus ꝓpter stabuli fetorē. Myrrhā ꝓpter mēbroz debiliū pueri ꝓfortatoz. Legit em̄ in legenda ꝓdicta q; post oblatoz puero factā isti tres reges ceperūt esurire t etiā familia t iumēta eor. tūc comederūt t dormierūt. Et tūc rūso accepto in somnis ne redirēt ad herodem per aliā viam reuersi sunt in regionē suam. Postq̄ āt reuersi fuerūt in regionē suā t ꝓpa attigerunt mānserūt in fide magis deū q̄s añ colētes. t q̄vi derūt alijs ꝓdicauerūt. t multos eruditerunt t ad fidē quantū in eis fuit disposuerūt. Deinde cū b. Tho. apl's venisset ad illas ꝓuincias ab eo baptisati sunt et cū eo facti sunt adiutores t ꝓdicatores xp̄i. Item hī in legēda q; post recessum regum tumult⁹ ppl'i factus ē ad mariā t puerum eius ꝓpter miraculū. Et maria timens occisionē pueri latēter ad domū cuiusdā pauperis cōfugit. q; eā cū puero occulte in cellario recepit. vbi maria sup lapidē sedit t puerū lactauit. t cecidit lac super lapidē. q̄ vsq; hodie inq̄tum plus tāgit intantū clarius t cādidius efficitur t vsq; hodie q̄nq; oñdit ꝓ reliquijs. Maria etiā camisiā t pānos aliq̄s simul inuoluit. quor t oblita est in diuersorio. t tādiu ibi pmānserūt vsq; ad tps helene sine veneratione. q; locus vbi xp̄s natus est abominabilis iudeis hītus est. vt nullū hoiem neq; bruta aīalia intrare ꝓmitterēt. q̄ obstruxerūt locum cū lapidibus. Sed helena postmodū illuc veniēs locū aperuit t illa inuenit. sil'r t fenū in ꝓsepio in q̄ xp̄s iacuit secuz detulit. q̄ fenū adhuc in roma hr. Et hoc q̄tum ad scdam partē illius sermonis. X Quantū ad tercū sciendū q; isti tres reges docent nos humiliari coram xp̄o. nam ipsi ꝓcidētes in facies suos adorauerūt eū humiliter t deuote. vñ Henricus de hassia sup Gen. q̄rit. Quare pauper t parui stat⁹ hoies reuerētius se hīe solēt ad deum. vtpote orare flexis genibus ꝓstratis corporib⁹ eleuatis manib⁹. pcussis pectoribus Alij aūt magni t diuites nō sic. q; stātes orant t erectis ceruicib⁹. Ad hoc rñdet Hen. de hassia dicēs q; ꝓpter quinq; causas. Prima causa est superbia. q; prosperitas t felicitas tpaliū ceruicē erigit. superbire faciens t humiliari erubescēs. Aug. Difficile est q; non sit superbus q̄ diues est tolle superbiā t diuitie nō nocebunt. q; pauper vt plurimū sunt humiles. Hze. Paupertas mētibus bonis esse solet custos humilitatis. Secunda causa ne gentibus terram tangentes vestimenta preciosa maculent quibus induunt. t sic ꝓponunt delectationem vestium ne maculentur honorē quē exhibere deberent creatori suo. qui non pepercit filio suo vnigenito. sed ꝓ nobis oībus tradidit illū Tercia causa est nē vtuis fatigēt corpa delicata que

gerũt. nã delicate enutrierũt seruũ suũ. i. corpus ab infantia ꝛ non sunt assueti exercere se in aliquib⁹ laboribus duris. ꝛ ideo postmodũ inueniẽt corp⁹ suum ꝓtumax ꝛ rebellans exercitijs asperis. Sed pauper assueti sunt dura ꝛ laboriosa sustinere. ideo minus curant se humiliare deo ꝛ flectere genua. qñq; etiã ꝙ tota missam qñ aliqui diuites abhorrẽt facere vsq; dũ eleuat corpus xpi in missa. Quarta causa est qꝛ genu flectere nõ possunt; impediti rostris calcior longissimis. Itẽ quidã nõ audẽt se curuare nec ꝓsternere in terrã. ꝫ nec qñq; paululũ inclinare. qꝛ timẽt ne appareat erubescibile qd in vestib⁹ sic turpissime accurua tis. sic mulieres ꝓpter pepla breuissima nõ audẽt caput deo oĩpotẽti inclinare ne indecẽs aliqd in crinibus videat. cũ tũ xps in cruce ꝓ eis inclinato capite emisit spm. Itẽ qdã nõ possunt se inclinare deo. ipediti ligaturis caligarũ rigidissimis qb⁹ man⁹ ligant manicis strictis corpus cingulis latis ꝛ deargẽtatis pedes calceis strictis. crura ꝛ genua ligaturis caligarũ. Istis põpositis timendũ est illud dictũ Mat. xxij. Ligatis ꝛ manib⁹ ꝛ pedib⁹ mittite eũ in tenebras exteriores. qꝛ tales sic se ex supbia ligãtes tradẽt se demonibus sic ligatos. vñ Aug. Qui pctm pctõ addit funẽ nectit cũ q̃ ligek. Hec meditãda sunt superbis. Quinta cã qꝛ credũt se nõ multũ indigere ꝺo exquo abũdãt in bonis tpalib⁹. in honorib⁹ ꝛ in delitijs. ꝫ miseria ꝛ pauptas ꝛ necessitas ad deũ recurrere facit pauperes. Vñ Isa. xxvj. Dñe in angustia q̃sierũt te. vñ etiã Greg. Mala q̃ nos hic premũt ad deũ ire compellũt. De eodem festo. Sermo. xxij.

Videntes stellam magi gauisi sunt gaudio magno valde. glosa.

Nõ satis fuit dicere euãgeliste gauisi sunt sed addidit gaudio magno valde. vñ dicit Crisp. Gauisi sunt ꝓpter male societatis. s. herodis euasionem. Sed gaudio qꝛ spes eor nõ fuit; pstrata ꝫ cõfirmata sed gaudio magno. qꝛ ad laborẽ tanti itineris quẽ susceperũt stellã ãcedentẽ recupauerunt. Sed valde magno gaudio qꝛ natũ regem quẽ q̃rebãt inuenerũt Sed exq̃ boies in pũti festo ꝛ in pcedẽtibus diebus diuersos locos ꝛ ludos ꝛ diuersa gaudia in diuersis locis ꝛ partibus mũdi exercẽt. ideo ꝓ pũti sermone tria sunt dicenda. Primo vtrũ in locis ꝛ ludis possit esse ꝑtus. ꝛ q̃ requirunt ad hoc qꝺ locus ꝑtuose fiat. Secõ q̃t modis in locis ꝛ ludis aliquis possit peccare mortaliter. Tercio exemplũ. A Quantum ad primũ sciendũ ꝙ hic querit vtrũ in locis ꝛ ludis possit esse ꝑtus. ꝛ q̃ requirũt ad hoc qꝺ loci ꝑtuose fiant. Hũdet fm Tho. ij. ij. q. clxviij. Sicut hõ idiget corporali refocillatõe. qꝛ nõ põt ctinuo laborare. ita etiam ex parte aie indiget q̃te ꝛ solatio qb⁹ fit ꝙ ludrica vel iocosa ꝑba. Dñ sciendũ ꝙ triplices boies inueniunt circa hoc. Quidã em sunt sicut cibus nihil habẽs de cõdimento. nunq; exercẽtes locũ vel ludum. ꝫ sp duri ꝛ asperi. nã ꝫ humanã rõnem est vt aliqs se onerosum exhibeat. puta cũ nihil delectabile exhibz ꝛ delectationes alior ipedit. Seneca. Sic te regas sapiẽter vt nullus te habeat tanq; asperũ nec qs ꝓtẽnet te q̃si vilẽ. Quidã vero quẽadmodu cibi nimis conditi ꝛ nimis salsi. sicut illi qui excedunt in ludo. Quidam sunt sicut cibus ꝑatꝰ sicut decet conditos scilicet qui vtunt loco ꝛ ludo ad virtutem. Pro q̃ sciendum fm Holgot super li. Sap. tria requirũtur ad hoc qꝺ locus fiat ꝑtuose. Primum est qꝺ locus sit simplex ꝛ innocens ꝛ innoxius ne aliquis inde ledatur. Sunt em aliqui q̃ nihil curãt qd dicant siue offensionẽ siue placitũ siue honestũ siue inhonestum dummõ tũ ꝓuocent risum. Et tales diligẽter explorãt defectus ꝓmor q̃s pũt recitare ad risum causandum in alijs ꝛ in ipsis erubescentiam. talis locus non est virtuosus. qꝛ ad ludum virtuosum requirit ꝙ loquãt placida ꝛ honesta ꝛ nõ nociua ꝛ illicita. Secũm ꝙ requirit est honestatis condecẽtia vt ludus talis deceat personã ludentẽ siue iocantẽ ꝛ etiã ꝙsonas assistentes. vñ alic⁹ locus cõuenit clerico vl̃ ꝑlato vl̃ religioso alius seculari. alius sent alius iuuent. alius viro. alic⁹ mulieri. alius famulo. alius virgini. Consideret ĝ ludens ꝓmo ꝙsone sue cõditionẽ ꝛ honestatẽ ꝛ nihil attẽptet qõ eũ vel statũ suũ dedecoret. ꝛ sup oia turpia deuitet q̃ aliquo mõ boiem ad pctã inclinant. vñ Seneca de q̃ttuor ꝑtutib⁹ cardinalib⁹. Hĩa credibilia ꝓpter turpitudinẽ crede. Secõ ꝙsideret tps. qꝛ vno tpe licet iocare ꝛ alio nõ. sicut tpe lamẽtationis ꝛ tẽpore deuotiõis ꝛ oĩonis leuitates hmõi ñ decẽt. Itẽ cõsideret circũstãtias. qꝛ alius iocus lcz coram ꝙsonis secularib⁹ alius coram religiosis. alius coram senibus alius coram iuuenibus. alius coram prelatis. alius coram eq̃libus vel subditis. Tercio qõ requirit est carẽtia superfluitatis. ne vel nimis frequẽter vel nimis ꝓtinue. Tullius em dicit. Ludo quodã ꝛ loco vti lz sic somno ꝛ q̃te. Est em ludus necessar⁹ ad vitã sicut q̃dã reqes mẽtis. Sicut em fatigatio corpalis soluit ꝙ quietẽ corpis ita optet qꝺ fatigatio aialis soluat ꝙ quietẽ aie. qꝛ si mens hũana sp extẽderet circa seria hebetaret ꝛ fatigaret nimis. Et iõ cõuenies est qꝺ ꝓ loco ꝛ tpe habeat requiẽ q̃ fit ꝙ ludũ ꝛ iocũ q̃ est anidelectatio. Cauẽda tũ maxime est abũdantia. Vnõ Arest. iv. ethicor. Q̃ parũ delectatiõis sufficit ad vitã q̃si ꝓcõdimẽto. sicut parũ de sale sufficit pro cibo. modicũ em de sale sufficit ad quantitatẽ cibi magnã vñ si scõa vel q̃rta pars foret de sale nihil valeret. eodẽ mõ modicũ de loco sufficit ad quietẽ ꝛ recreatiõmẽtis. Exemplũ de be. Antho. Vñ reprehendunt illi q̃ maiorẽ partẽ tpis expẽdũt in ludis ꝛ locis ꝛ risib⁹ ꝛ in alijs vanitatibus mũdi. sicut ludendo in alea. ꝛ scacor ludo. ꝛ in cartiludio ꝛ sic de alijs ludis. ỏ qui bus verificat illud Sap. iij. Estimauerũt vitã nram eẽ ludum. B Quantũ ad scõm sciẽdũ ꝙ quinq; modis ꝺs peccat mortalit in locis ꝛ ludis. Primo fm Hermãnũ de schilditz. si ex leuitate animi ludo vl̃ loco. ita grauis contumelia fieret ꝙ hominis honorem totaliter auferret. peccaret mortaliter. similiter si ꝺs ex leuitate animi hominẽ grauiter vulneraret vel lederet in corpore mortaliter peccaret. Ita non est dubium quin grauiter animũ hominũ cõturbans honorem eius vel famam ex leuitate animi auferẽdo. mortaliter peccaret. Sunt tamen alia conuicia fm Arestoti. iij. ethicorum. de leuibus que apud virtuosos ludos. conuenienter dici possunt vel ꝓpter delectationem vel emendationem. ꝛ de talibus hic nõ loquit. sed de istis hoc intelligit. q̃. s. non nisi grauit homis animũ ꝓturbando fiunt. scilicet auferẽdo famã eius vel cõtristando eius personã. Secõ cũ quis in loco

mendaciū loquīt. ꝛ illud sciēter cū iuramēto confirmat. vñ sanct⁹ Tho. ij. ij. q. xcviij. dicit. q nō excusat a mortali pctō q iocose peierat. qz non euitat diuinā irreuerentiā immo ꝯtū ad altiꝙd adauget. hec ꝛ alia ꝟba dicēdo mēdaciter. ꝛ in ioco trufando aliā personam. videlicet per deū ille fortis stat expectās te. vel ipe vult tibi hoc dare. vel tbi inuenies eū. vel ille dixit mihi sic ꝛ sic de alijs. Sed si loqueret in ioco mēdaciū sine iuramēto. tūc solū esset venīale. Tercio cū quis in ioco proximū suū sciēter. ꝛ ex ꝓposito ad iracundiā ꝓuocat. nā omniū peccatoꝝ q̄ ille sic prouocatus in tali ira cōmittit. siue in ꝟbis siue i factis ille prouocās erit reus. Hoc illi nō attēdunt qui annosos hoīes deridēt ꝛ ꝓuocāt. vel alios hoīes passionatos. qui subito prouocant ad irā. et in hoc volūt recreari qō tamē vergit in periculū animarū suaruꝫ. vt grauiter in futuro ꝑ talibus solatijs ꝛ risibus puniēt. qz dēs maledictiones ꝛ blasphemias cōminationes ꝛ iuramēta q̄ ꝓuocatus ꝓfert ipsi lugebunt. qz est regula iuris. Qui occasionē dāni dat. dānū dē dissevidetur. Quarto ꝓpter malū finem quē quis in illo ioco intendit vt iocādo cū muliere vel ꝟgine. tāgēdo vel amplexando eā. loquēdo ꝛ arridēdo ea intentione vt eā ad malū actū alliciat. Vel fm b. Tho. de aḡno. cū quis ad iocū sumit turpia ꝟba vel facta q̄ de se sunt pctā mortalia. peccat mortaliter. Quinto ꝓpter cōplacentiā vel vehementiā affectus ad iocū. ita q quis cōtra preceptū dei ꝛ ecclesie in locis ꝛ tēporibus sacris vti non recuset ꝛ tali mō pōt quis bñ peccare mortaliter. Sed cū quis nō tm̄ afficit ad ludum q ꝓpter hoc vellet aliquid cōtra deū cōmittere sic solū esset venīale. Itē ꝓpter nimiā cōplacentiam quā quis habet in iocis. Ut̄ fm Aug⁹. nullū peccatum adeo venīale quin fiat mortale dū placet. ꝛ ꝯtto maiorē tanto maiorē penā sustinebit ꝑ illo in futuro. Apoc. xviij. Quantū in delicijs fuit tantū date illi tormentum ꝛ luctū. Ex his patet q arguendi sunt q̄ q̄nq̄ in iocis ridēt vsq̄ ad effusionē lachrymarū. Et q̄nq̄ aliquis nimiā cōplacentiam hz in aliquo pctō qō de se est venīale adhuc tñ ꝓpter securitatē dz cōfiteri.

Ptum ad terciū est sciendū q illi grauiter in futuro punient q̄ hic excedūt in vanitatibus iocis et ludis ꝛ venationibus auiū ꝛ ferarū. C Deinde nota exemplū fm Humbertū in de abūdantia exēploꝝ Legit q quidā vir deuotus in raptu vidit quendam militē in purgatorio qui fuit castus bonus. hospitalꝫ ꝛ bone vite. ꝫ ludo auiū nimiū deditus. Qui propter hmōi ludū habebat q̄si auē in manu eū in facie ꝛ in humeris ꝛ brachijs corrodentē frustatim ꝛ mirabiliter affligentē. ꝛ req̄situs ab illo deuoto cur hec pateretur. cum tamē bone vite fuisset. Rñdit. Precepta dei seruaui. nec vnq̄ vnū denarium contra deū recepi. sed qz nimiū deditus fui ludo auiū et cum cantū venādo. ideo hanc penā in purgatorio sustinebo donec purgatus ero. sed tm̄ ora deum ꝑ me ꝛ annuncia filijs meis ꝛ cognatis meis vt mihi cū suffragijs subueniant. qz valde cruciorꝫ in hac pena. q̄ postmodum in breui per suffragia ꝛ oīones bonoꝝ liberatus est a purgatorio. Itē aliud exemplū in li. apū q fuit in theutonie partibus quidā nobilis venationib⁹ tm̄ deditus vt nullo sabbato vel dñica die missaz audiret. sed semp venationibus intentus erat. coripiebat aūt eum frequenter vxor sua deuota deo. Et ille mulieris sue monita non curauit. Accidit aūt vt ipsa vxor post multos partus deditos prēgnans peperisset abortiuum habentem caput venatici canis pēdētibus auribus. Cōfusa ergo coraz matre ꝛ multis nobilibus matronis que astabant quarum consiliū omnium fuit. vt terra citius partus obruptus tegeretur Venente autem a venatione marito quesiuit qualis puer esset quē editum habuisset. dissimulantib⁹ omnibus cum pudore instat miles extracto gladio vt ei ꝑtus ostendatur. ꝛ mox timore cōpulsa eijci ō terra iubet triste spectaculum ꝛ monstruosum dicēs. Ecce ꝯ manifesto prodigio insipientiam tuam vindicauit oī potens quia nullum honorem sacris diebus ꝛ nullā reuerentiam sacris corpis christi tribuisti. sed magis vanis ludis venationum in his sacris diebus insisti. hec vt vidit nobilis digne se correxit ꝛ penitētiaz egit de cōmissis. C Item legitur in li. apū q quidam potentissimus dominus cum multos ex subditis suis cogeret secum vacare quottidie ꝛ venationibus insudare. ꝛ post hoc pleriq̄ culturas agroꝝ ꝛ alia negocia dimittētes ad paupertatem ꝛ inopiā cū vxoribus ꝛ filijs deuenerūt. accidit autem vt vna dierum cuz prefata familia domus sue miles ingressus nemora feram impeteret. ꝛ agitantibus canib⁹ equo residēs insequeretur. at cum nihil proficeret tota die sed semper videret feram ante se profugam in amentiam versus ferā de nocte secutus est ꝛ ex illa die nullus hominum vidit aut sciuit quid de eo factū sit aut euenerit. dixerunt nōnulli ꝛ bñ credimus q sicut dathan ꝛ abiron a terra viui absorpti sunt. ꝛ ad inferos transissi sic ꝛ illi accidisse.

Dñica infra octa. epiphanie. Ser. xxiij.

Qz parentes ad sex tenent filijs.

Cum factus esset iesus annoꝝ duodecim. ascendentibus parentibus eius hierosolymā ꝛc. Luc. ij. In ꝑsenti euangelio instruit maria parentes qualiter se debeant habere ad filios in hoc q duxit iesum secum i tēplo cum annoꝝ duodecim esset. Vñ in ꝑsenti ꝥmone tria sunt dicenda. Primo sunt aliq̄ declaranda de euāgelio pūti. Scōo de instructione puerorum. Tercio exemplum. Ptum ad ꝓmum dicendū super illo ꝟbo. Cum iesus factus esset annoꝝ. xij. F Sciēdum q quinq̄ differētie tēpoꝝ leguntur de xp̄o. Prima em̄ differētia q legit fuisse vnius diei. q̄n. s. de ꝟgine maria natus fuit. vñ Lu. ij. Natus est nobis hodie saluator. Scōo legit fuisse octo dieꝝ. q̄n. s. fuit circūcisus. Lu. ij. Postq̄ ꝓsummati sūt dies octo vt circūcideret puer vocatū est nomē eⁱ⁹ iesus. Tercio legit fuisse q̄draginta dierū. q̄n a mre in tēplo fuit ꝓsentat⁹ de q̄ hr̄ Lu. ij. Postq̄ impleti sunt dies purgationis marie fm legē moysi tulerūt iesuz in hirlm vt sisterēt eū dño. Quarto legit fuisse. xij. annoꝝ sic in euāgelio hodierno hr̄. Quinto legit fuisse. xxx. annoꝝ. s. cū a iohāne baptisaret. De q̄ Lu. iij. Ipe Jesus erat incipiēs q̄si annoꝝ. xxx. G Sciendū q de tota vita xp̄i fm Crisō. nullū miraculū legit dñm in puericia feciſſe ꝓter hoc vnū qō ꝓdit lucas. q cū esset annoꝝ duodecim suam sapientiaz manifestauit

Ūñ dicit in hodierno euāgelio. Stupebāt aūt oēs q̄ eū audiebāt sup prudētia ⁊ respōsis eius. Itē scientiā dē tota vita xp̄i nihil hr̄ in euāgelio ab anno. xij. etatis sue vsq̄ ad. xxx. nisi hoc q̄ descendit cū eis nazareth. ⁊ erat subditus illis. In hoc eñ medio tpe lacrauit ipe manibus suis ꝓ necessitate parentū. vñ Basilius. Ab ipa primeua etate parētibus obediēs quēlibet labozē cozpozeū habuit ⁊ reuerēter sustinuit. Cum eñ hoies essent honesti. iusti. egent ⁊ penuriā patiētes: teste psepio: manifestū est q̄ sudozes cozpozeos labozando cōtinue frequētabant. necessaria vite sibi q̄rentes. Jesus aūt obediēs illis vt scripta testat: in sustinendo labozē plenariā subiectionē ostēdebat. Ex hoc dicto colligit xp̄m nunq̄ mendicasse post. xij. annū sue etatis sed ꝓpr̄js manib⁹ laborasse. Ambro. Non vtiq̄ infirmitatis ꝛ pietatis ē illa subiectio q̄ xp̄s etiā parētibus obediēs fuit vsq̄ ad cozpozeū labozē. vñ Math. xiij. a suis emulis faber vocabat. Nec etiā aū vel in pueritia vl̄ infantia q̄ si sic. maxime hoc videret fecisse ꝓ triduū remānionis sue in hir'in. De q̄ dr̄ q̄ be. Berñ. optat vesci ō buccellis quas dulcis puer ꝓ triduū hoc mēdicauit. ꝛ hoc nō est verū. nō est eñ verisile q̄ talis puer ita sapiēter interrogās ⁊ rñdēs in medio doctoz. ita vt mirarent ⁊ stuperēt sup prudētia ⁊ rñsis ei⁹ ab ipis pmitteret mēdicare. cū adhuc nullā inuidiā ꝓra eus cōcepissent. ipisq̄ a deo in lege scriptū esset. Omino indigēs ⁊ mēdicus nō erit inter vos ⁊c. sicut legitur Deut. xv. Ad dictū aūt br̄ Berñ. dicendū: q̄ hoc dixit plus motus deuotione q̄ hystorie vel veritatis narratione. Nec etiam xp̄s mendicauit tpe predicationis sue. Quod probat ex eo q̄ nunq̄ legit mendicasse. ⁊ valet ꝛsequētia. qz in sacra scriptura tenet locus ab autozitate negatiue. sm illud dictum Diero. Quicqd dicit ⁊ sacre scripture auctozitate non pbat ea leuitate cōtemnit qua probat. Ho Quantū ad scōm sciendū q̄ parētes in sex tenent suis filijs. Primo dēt pueros suos informare quō se debeāt hīe ad deū. Et hoc in tribus. Primo dēt eos ad hoc inducere vt offerāt deo innocentiā ⁊ puritatē suā cū pueris innocētibus qui sanguinē suum ꝓpter xp̄m fuderunt. ⁊ hoc fit q̄n pueri in puericia incipiunt deo seruire. Treñ. iij. Bonū erit viro cū portauerit iugum dñi ab adolescentia. Hugo in didasco. li. iiij. Nullus tam prudēs tāq̄ sapiēs hr̄ q̄ ad plenum adolescētis animū pscrutat. et hoc ideo qz bonitas infigit in cor pueri. ideoq̄ habet tenerū subiectū. Ūñ Aresi. dicit q̄ anima pueri est tanq̄ tabula rasa in q̄ nihil est depictū apta tū depingi. ⁊ q̄ quicqd in se primitus recipit puer ad hoc semp postmodū inclinat siue sit bonum siue malum. Exemplū reale de testa vel cipho. In quē si primitus infunditur liquor pciosus. s. balsamus sapozē illū semp tenet. si aūt primitus fetor infundit. tic eūdem semp retinebit. Item aia pueri est tanq̄ cera mollis. in q̄ spēs sigilli faciliter imprimit. Item est sicut vgula recēs q̄ faciliter flectit ad quācunq̄ partē. Secdo informare eos dēt in bonis salutaribus. sicut sunt pr̄ nr̄. et symbolū. ⁊ precepta dei. quō ea seruare oporteat vnūquenq̄ qui saluari vult. vñ Math. xix. Si vis ad vitā ingredi serua mādata dei. Et in signum huius tunc pcepta sunt scripta in manibus ⁊ pedibus nostris scz per decem digitos et per decem pedicas ne obliuiscamur eoꝝ. Tercio informandi sunt vt ecclesias libenter visitent exemplo pueri xp̄i qui cū esset annoꝝ. xij. ascendit cum parētibus suis in hierusalem ⁊ ibi dēt audire missaz ⁊ sermonē. Tullius in tusc. questi. Statim in adolescentia cernimus cuius moris. cuius nature vel cōsuetudinis in posterum quisq̄ sit futurus. vnde Greg. Cibus mentis est verbum dei. quia sine fructu non cedet. vnde ꝓpheta Isaias. lv. Verbum meum non reuertetur ad me vacuum. Ex isto sequit̄ q̄ vir vel nūq̄ ita peruersi sunt qui a iuuentute audiunt verbum dei. sicut illi qui sic educant. vt nec ō deo audiāt. nec etiam quicq̄ salutis eoꝝ addiscāt. quia tales nihil vt cōiter operant nisi que ab alijs fieri vidēt. Sed heu multo plura mala exēpla vident q̄ bona. ergo in peius proficiunt. Et sciendum q̄ puer qui libenter audit verbum dei signum est q̄ deus est in eo ⁊ ad deū pertinet. Jobis. viij. Qui ex deo est verba dei audit. Sic econuerso qñ quis non potest de deo audire loqui signum est q̄ expulit deum a se. Item sciendum q̄ seruitium talium iuuenum innocētum qui nondū moztaliter peccauerunt est deo multum acceptum. qz illi qui deo innocentiam offerunt vnum purum bonum ⁊ optimū deo offerūt. sed inueterati dierum feces deo offerunt respectu iuuenum. sed tamen dominus easdem feces non spernit ex sua misericordia et bonitate. Salustius in iugur. Cum de virtutibus agitur nulla excellētioꝝ cernitur q̄ illa que in castis adolescentibus inuenitur. J Queritur hic quando puer potest peccare moztaliter. Respondetur q̄ quādo vsum rationis habet sic q̄ discernit bonum ⁊ malum. ⁊ potest scire ⁊ intelligere quid sit prohibituz in preceptis. tunc potest peccare moztaliter. vñ Aug⁹. Quando incipit homo precepti esse capax ex illo et posse peccare incipit. sed q̄diu vsum rationis nō habet. secure viuit. quia nullo modo potest peccare moztaliter nec perdere vitam eternam. Unde Berñ. Nihil est quod timeamus donec facultatem ⁊ voluntatem deliberandi renatus quisq̄ recipiat. antea eñ a charitate christi oīno nō poterit separari. ꝛ secur⁹ interim degat sub ꝓtectione ⁊ aduocatione dñi dei sui. Similiter est intelligendū de naturaliter stultis qui nunq̄ vsum rationis habuerunt. tales omnes habebunt vitam eternam ex merito christi ⁊ participatione bonoꝝ ecclesie. Sed dice. exquo nullum maluz manet impunitum quis tunc illa mala lugebit q̄ fiūt pueri ⁊ naturaliter stulti cōmittunt. Rñdet q̄ ille q̄ sciēter eis occasionē dat ad talia mala opa. vbigfa. Qui sciēter stultū ꝓuocat ad iram silr q̄ ipm stultuz inebriat ex ꝓposito vel qui iubet eum quodcūq̄ malum facere reus erit. Sed quando puer incipit vsum rationis habere ⁊ discernere bonum a malo. tunc potest peccare. Sed quia vnus citius vsum rationis acquirit q̄ alius. ergo non sm etatem sed discretionem hoc perpenditur. Et quando incipit peccare. tūc peccat venialiter primo. Unde Jsido. de summo bono. Quemadmodum ad virtutum culmen tendētes non a summis inchoant. sed a modicis vt sursum ad altiora cōtingent. ita etiam q̄ dilabunt ad vicia. non statim a magnis crūminibus incipiūt ꝛ a modicis. ⁊ sic assuescunt q̄ ⁊ tandē in maxima corruūt. vnde Bze. in moralibus. In vnoquoq̄ lapsu a minimis semper incipitur. ⁊ sic succrescentibus defectibus ad grauiora peruenitur. Secundo parētes debēt eos infor-

mare quomodo debeant se habere quo ad proximos quibus tria tenenť. Primo q eos diligāt: ꝛ fraternā felicitatē eis exhibeāt. ꝛ si tales sunt pauperes vt eis sint misericordes ꝛ eis compatiant. Matt. v. Beati misericordes. qm ipsi miaz ꝓsequunť. vñ Piero. Nō meminī me legisse mala morte mortuū q̄ libēter opa pietatis exercuit. Scō tenenť ꝓximis vt eis dāna nō inferant. neq̄ in rebus neq̄ in fama. qz quicunq̄ infert ꝓximo suo dānū in reb⁹ siue in fama teneť ad restitutionē. ꝛ hoc nō solū intelligiť de reb⁹ magnis in quātitate. sed etiā in paruis rebus. Verbigra. Si tuisses ad pratū ꝓximi tui ꝛ recepisses ei ℨ voluntatem suā vnū pannū plenū cū graminib⁹. tūc si vere peniteas teneris satisfacere cū tui ꝓfessoris consilio. Ergo parētes debēt informare filios ne dāna inferāt ꝓximis suis siue in pratis siue in segetib⁹. cū pecoribus vel sine: siue etiā in fructibus. sicut pomis piris esculis. cerusis. rapis. ꝛ sic de aliis. Vñ Aug⁹. ꝛ ponit in decre. Nō dimittit̄ ꝑcm: nisi restituat ablatū dist. liij. gnaľ. Itē informādi sunt ne detrahant ꝓximis denigrādo famā eoz. qz tales tenenť ad restitutionē. sicut isti q̄ habēt res iniustas. ḡ ista duo ꝑcā scz rerū iniustaz ablatio ꝛ fame detractio. magis difficulter dimittunť. quia non sufficit cōtritio nec confessio sicut in aliis peccatis nisi fiat restitutio ꝟm possibilitatē. vñ Piero. Non facilis venia ꝓtaua dixisse de rectis. Tercio tenenť ꝓximis indulgere offensas ꝛ oia dubia in meliorē partem interpretari. Et breuiter informandi sunt vt ꝓximis faciāt sicut sibi velint fieri. vñ Matt. vij. Omnia quecunq̄ vultis vt faciant vobis homes ꝛ vos facite illis. ꝛ illud Thob. iiij. Quod ab alijs oderis tibi fieri ne tu alijs facias.

Tercio tenenť parētes filios informare quō se habere debeāt q̄ ad seipsos. s. vt corpus suū mūde teneant ꝛ caste viuāt. vt dixit Thobias filio suo. Arrēde fili mi ab oī fornicatione. Et ratio hui⁹ est. qz omis fornicatio ꝑterq̄ in matrimonio semp est ꝑcm mortale. Vñ apls. Nis fornicator aut immūdus non hz partē in regno dei. ergo pueri dēt seruare ỽginitatē suā vsq̄ ad matrimoniū vt in ỽginitate simul conuiuāt. In signū huius Adā ꝛ Eua q̄n matrimoniū inchoabāt ỽgines fuerūt. ꝛ tales pueri sic caste viuentes ducūt angelicā vitā. Lacrantius li. iiij. de falsa iusticia. tūc adolescēris veraciter ꝓpendis dignitatem si in facie venustatē ꝛ in mente ꝓtulerit puritatē. vñ Ambro. Qui non nubēt ꝛ vxores nō ducūt sicut angeli in terra sunt. ℟ Quarto parentes tenenť filijs dare bonū exemplū ꝛ hoc est valde vtile. Unde Greg. Nunq̄ peccatores ad lamentū pnie redirēt. si nulla essent bonoz exempla que eoz mentē traberēt ergo cōiter loquēdo q̄n parētes bonū exemplū ꝓbēt filijs suis. tūc filij magis tales efficiunť vtuosi. ꝛ per hoc tales parētes multū merenť. vñ Cesarius. Quātis exemplū vere humilitatis ꝛ ꝓfecte charitatis oñderis cum tātis ꝛ ꝓ tantis eterna ꝑmia possidebis. Sed heu aliqui parētes informāt filios suos ad malum ỽbo ꝛ exēplo in q̄ deū grauť offendūt. vbi gra sicut chorizare. supbe incedere. ꝛ deū blasphemare. ꝛ sic de aliis. Et tales rei erūt omniū peccatoz illoruz que ex mala informatione seu exemplo filij sic addiscunt. ergo qui te superbiam. chorizando ꝛ pompose incedendo primitus docuit. particeps erit omnium peccatoz illoz que chorizando. siue alias superbe incedēdo ꝓpetrabis. ꝛ sic de alijs ꝑcis. Damas. li. iiij. vbi vnū adolescentulum videris vrtutibus effulsisse. ibi mille reperies periisse. Itē de illis parētib⁹ qui vestes pomposas filijs suis emūt dicit Guil. Augduñ. Qui filias suas ornāt vt eas ad chorzeas mittāt. quasi vestucam vngūt vt eo melius ardeat. Itē aliq̄ parētes faciūt pueros ebriosos potādo eos cum vino. Cōtra q̄s Arest. vij. pol. dicit. Juuenes maxime ab ebrietate custoditi oportet. Idē. Juuenes eē sine vino bonū est. qz tales postmodū efficiunť bibuli ꝛ luxoꝛes ꝛ mali homes q̄bus parētes sunt occasio ꝓ suaz malā informationē ꝛ mala exeinpla. vñ Greg. in moral. tot mortib⁹ q̄s dignus est q̄t exempla prauitatis in posteros relinquit o q̄t mortes meruerūt tales q̄ tot mala exempla reliq̄rūt in posteros. ℒ Quinto parētes teneňť filios corrigere. qz nō sufficit q̄ informāt eos i bono. sed oportet eos etiā corrigere q̄n excedūt. qz oia ꝑcā q̄ filij perpetrāt sub obedientia parentū de his parentes rūdebunt in die nouissimo. Ergo aduertite parētes q̄ etiā si scē vite estis. tamē ꝓpter filios vios dānari potestis. Una vt dī Rom. j. Nō solum digni sunt morte qui faciūt sed etiā q̄ consentiūt faciētibus. verbigra. Si pī ꝛ mī nūq̄ peccassent mortaliter ꝛ tū pueros suos nō corrigunt. ꝫ tacēdo cōsentiūt. ꝛ si sic sine penitētia de negligētia huiusmodi moriunť eternaliter cū pueris talibus dānabunť sicut Inno. ꝛ Gre. cyril. Isid. Aug. illi oēs cōcorditer dicūt de heli sacerdote. vt hī. j. Reg. ij. q̄ audiuit q̄ filij sui inhoneste se habebant in tēplo. qz ibi dormiebāt cū vxoribus suis. Legit em̄ q̄ tepide arguebat eos ergo si dāna us est nō est alia causa nisi q̄ nō acriter ꝛ seriose correxerit filios suos. vñ dī in decre. Pari pena puniēdi sunt agētes ꝛ cōsentiētes xvij. q. iij. Oēs. Itē ꝛ hoc hī in decre. Resistere posse pueris ꝛ non facere est eis consentire. xxxij. q. iij. Qui pōt. M Sed d. quō pueri corrigēdi sunt. Rūdet. si sūt filij boni ꝛ ex fragilitate q̄q̄ deliquūt put salomon dicit. nō est hō iustus in terra q̄ faciat bonū ꝛ nō peccet. s. venialiter tūc tales pueri cuz benignitate sunt corrigēdi. exēplo marie q̄ dixit ad filium suū vt habeť in euāgelio Lu. ij. Fili quid fecisti nobis sic. pater tuus ꝛ ego dolētes querebam⁹ te. si autem sunt proterui et correctio dulcis non proficit tunc corrigendi sunt cum aspera virga. Prouerbioz xxiij. Noli subtrahere a puero disciplinaz. si em̄ percusseris eum virga. non morietur. ꝛ animam eius de inferno liberabis. Ergo quando audis pueruz tuum iurare ꝛ deum blasphemare. tunc accipe debes ỽgaz ꝛ eundem puerum bene disciplinare. in hoc letificabis deum ꝛ beatam virginem martam ꝛ omnes sanctos ꝛ mereris tibi ipsi coronam vite. cum pueruz ea intentione percusseris vt se emēdet et creatorē suum amplius non offendat. taliter. s. blasphemādo. iurando. vel alio mō peccādo. Itē sciendum q̄ oportet q̄ pueri corrigant. qz natura humana infecta ē p originale peccatū. ꝛ pna ad malum ab adolescētia sua. Et quādo puer agit fm inclinationem nature. tūc assuescit ex consuetudine in malis. ꝛ postmodum vix potest illud deponere. verbigratia. sicut cum semel iratest illud deponere. verbigratia. sicut cum semel irascitur ꝛ postmodum iterū. sic tūc assuescit. ita q̄ efficitur homo iracūdus, sic etiam si puer fm propriam

volūtatē vitēr discurrit ꝛ pcutit se cum alijs pueris tūc erit vagus ꝛ indomitus. Sic sil'r si mēdax in puericia. si supbꝰ. si blasphemꝰ. vel etiā si furax in puericia ꝛ nō corrigit. tūc postmodū prauꝰ efficit. ꝙ ab illo malo incepto opotet puerū talē retrahi ꝙ vbera ꝛ flagellatōes. Amb. li. de offi. Hic leonē fortior pbobat q̄ suis in adolescētia motibus dñat. Ad colo. iij. Filij obedite pentibus p oia. h̄ ei placitū est dño. Sidonius in epl'ari. in piculoꝰ sp ipsa adolescētia casibus versat. Nūc em luctuādo diuersimode piclitat. nunc tumultuādo ad vanitates innumerabiles incitat. Sz sunt aliqui parentes q̄ ex inordinato amore pueros suos nolūt corrigere. nec volūt q̄ aliqs alter eos corrigat. ꝛ sic peruersos pueros educant. ꝛ tales pueros suos plus odiūt q̄ diligūt. vñ Prouer. xiij. Qui parcit virge odit puerū suū. Itē sunt aliqui q̄ pueros suos calcāt cū pedibus ꝛ trahūt p crines vel cū manibꝰ ad caput pcutiūt. ꝛ sic eos infatuāt. Itē sūt aliq̄ q̄ pueris suis maledicūt. ꝛ in h̄ deū graviter offendūt. ꝛ pueri ex h̄ nihil pficiunt. ꝫ plus eis obest q̄ pdest ¶ Exēplū hr̄ in Cesario. in puero quē diabolus cū corpe ꝛ aia abstulit ꝓpter maledictionē pentis sic q̄ amplius parētes illū puerū nō viderūt. Et h̄ deus pmisit in terrorē aliorū parētū ne filijs suis sic maledicāt. ꝫ potius cū aspera virga corripiant. imo maledicere nō lz alicui irrōali creature inq̄tū dei creatura est. q̄ ois creatura dei bona est. vt ptz Geñ. j. vidit deꝰ cūcta q̄ fecerat ꝛ erāt valde bona. Ex isto ptz q̄ si nō lz equo ꝛ asino vl' cani vel bouī maledicere. multo minus lz hoibus maledicere. Contra h̄ faciūt aliqui parētes q̄ maledicūt ꝓ filijs. ꝛ etiā quersi viri q̄ vt sepius ex ira vel vindicta maledicūt ꝓ vxoribus. De illis maledictionibus dicit apl'us. q̄ neq̄ maledici neq̄ rapaces regnū dei possidebūt. Sciendū q̄ parētes q̄ filios suos educāt tali intentōe vt efficiant boni xp̄iani ꝛ famuli dei. quicq̄d erga filios suos faciūt totū eis erit meritoriū. cū in gr̄a sūt ꝛ sine pctō mortali. Ergo mater quotiēs inquietat a puero. ꝛ q̄tiens potat lactat vel balneat vel quecūq̄ puero ministrat mereꝫ. vñ apl's Scimus qm̄ diligētibꝰ deū oia cooperant in bonū. ¶ Ex q̄bus ptz q̄ parētes p̄nt mereri i suis pueris eternā gloriā vel eternā dānationē. ergo pueri a parētibus informādi sunt ꝛ corrigēdi sūt vt iā dictū est. q̄ si sic fieret. pculdubio nō essent tot mali hoies ꝛ pctōres in mūdo. Hoc q̄libet p̄or cognoscere in seipso q̄ si a puericia fuisses debite informatꝰ ꝛ in timore dei educatus. vtiq̄ melior eēs. Sz heu q̄ a puericia nutritꝰ es in superbia. in gula. in luxuria. ꝛ in alijs vicijs. ergo tam q̄ uersus es iam in vita tua. Seneca. In hercule furente. Tūc adolescens oi substernit vanitati cū suauane admittit libertati ꝛ graui adūcitur voluptati ¶ Exemplū de parētibus qui filios suos nō instruūt in bono nec corrigūt cū delinquūt. Legit q̄ q̄dā p̄r ex inordinato amore nō correxit filiū suū. ꝫ duxit eū secū in tabernas. qui exemplo p̄ris postmodū factus ē potator. luſor ꝛ blasphemator. Cōtigit in breui patrē ꝛ filiū postmodum mori mala morte. ꝛ quidā hō bonus in raptu vidit filiū ꝛ patrē suū in inferno seinuicē mordētes. ꝛ filius male dixit patri. q̄ eū nō correxit nec ad bonū instruxit ꝛ q̄ sibi malū exemplū pbuit. Itē aliud exemplū de illo qui p̄i morsu abscidit nasum. quere aū scr. xvj. F. ¶ Sexto tenent pentes filijs suis hereditare res suas iustas. q̄ melius est modicū iusto sup diuitias pctōr multas. Contra h̄ faciūt alii qui qui tam inordinatū amorē hūt ad filios q̄ q̄tuis bū cognoscāt. q̄ nō babēt. neq̄ possidēt res iustas. tū nolunt eas restituere ne filij depauperent ꝛ sic seipsos ꝛ filios pdemnāt. Itē aliq̄n vnus parētum manet in viduitate. nō ꝓpter deuz nec amore castitatis ꝫ ne filios exhereditet. ꝛ tū nō intēdit caste viuere. ꝛ talis parēs plus diligit filios q̄ deū ꝛ ꝓpriā salutē. ꝛ potius vult dānari q̄ filios suos exhereditare. Itē sciendū q̄ filij pquerunt de talibꝰ parētibus tāq̄ de suis occisoribus. Nam ąt denarios eis scīēter relinquūt de rebus iniuste acq̄sitis tot gladijs pueros suos transfigūt. nam si ipsi heredes sic illas res iniuste acq̄sitas scīēter possident tūc dānant cū pentibus. Eccī. xlj. Ne p̄e impio pquerunt filij. q̄m ꝓpter ipm sūt in opprobriū ¶ Vñ exemplū legit q̄ quidā vsurarius habuit duos filios quoꝝ vnus ppunctus in sermone. q̄dā dixit p̄i suo. Pater si moriemur in hac vita tunc moriemur i corpe ꝛ aia. q̄ reuertere ꝛ redde vnicuiq̄ q̄ debes. cui p̄ ꝛ aliꝰ frat indignāter rīderunt Debes tu eē nr̄ pfessor. vade si moriuoluerisꝫ nos pmanebimus in bonis nr̄is. Qui tacuit ꝛ iuit i beremū. ꝛ pauperē vitā ibidē duxit seruiēdo deo. tandē p̄ moriebat sil'r ꝛ frater. Cū iste bonus heremita intellexisset patrē ꝛ fratrē mortuos miscōia motus desiderabat statū eorū sibi notificari. Tandez deū petijt vt mereret eos videre. vna aūt dierū cū esset in oratione sua. venit angelus dñi ꝛ dixit ei. Fiat tibi q̄ petisti. ꝛ arripuit eū cū manu dicēs. veni ꝛ ostendā tibi eos ꝛ duxit eū q̄ ipse nesciebat. Tādē veniebat ad montē vnū ꝛ dixit ei angelus. vis videre ꝛ audire patrē tuū ꝛ fratrē. Qui rñdit volo. Et vidit vallē vnā diuersis tormentorū generibus repletā. ꝛ audiuit miserabilē vocē viditq̄ primo patrē bulientē in igne sicut vnū pisum i vna magna olla. q̄ dixit ve ve ve. maledicta sit hora in q̄ ꝓcepisti sum. maledictus sit vēter q̄ me portauit. Quē cū audisset beremita tremuit ꝛ dixit. O p̄r es tu hic. q̄ dixit. sum dilecte fili. bñdictus sis q̄ timuisti deū ꝛ cauisti speluncā ꝛ penā istā horribilē. ꝫ caue tibi vt seruias deo. ꝛ interim cū sic loquebat venit ꝛ frater sicut ꝛ pater in bulienti igne natando infra ꝛ supra sicut pisum in olla. ꝛ cepit filiꝰ maledicere p̄ri in penis dicens. Maledictus sis tu p̄r in eternum q̄ iniuste acquisita sup me hereditasti ꝛ sic me dānasti. Et conuerso pater ad filium dixit. Maledictꝰ sis tu fili q̄ ꝓpter te talia iniuste acq̄sisti ꝛ sic retinui ꝛ sic meipm oi bono priuauī. ꝛ ꝓterea in hāc penā descendi. Quibus dixit filius viuens. Possunt ne vobis aliqua suffragia iuuare vel pdesse. qui dixerunt. Non. q̄ in inferno nulla est redemptio. Et cum videret q̄ in eis nō esset aliqua spes recessit. ꝛ deo fidelius seruiuit q̄ antea vnq̄ fecit. ꝛ sic saluatus est.

In eadem dñica. Sermo. xxiiij.

Quō ꝛ filij in sex tenent parentibus.

tium. ⁊ a consortio dei ⁊ beatoꝝ in eterna felicitate existentium. Ergo compar̃ leprosꝰ q̃ habet morbum infectiuū q̃ a consortio hominū ejicit. ideo lepra corporalis ab hominibus mlt̃ū timet. eo ꝙ est morbus cōtagiosus. Et multi sunt homies q̃ alias infirmitates potius sustinerēt q̃ lepram. eo ꝙ ab hominibus sepat. Sed mlto fortius timēda est excōicatio. qz est ictus gladij spūalis q̃ magis timēda est q̃ gladius corpalis. Vñ Aug⁹. dic̃ de illo q̃ excōmunicat̃ ꝙ grauius est hoc illi q̃ si ferirēt gladio. ⁊ a feris deuorarēt. aut in flāmis exurerēt. Sc̃o timēda est excōicatio. qz est valde damnosa. Aufert em̃ homi partem suam de omnibus missis. orōnibus. ⁊ elemosynis. ⁊ alijs bonis opibus q̃ fiūt in ecclesia dei. qō nō est parui damnū. Quis em̃ digne sufficeret estimare valorē vnius missē. quid tūc de omnibus missis q̃ celebrant̃ p totū mūdum. ⁊ de omnibus bonis que fiūt ab omnibus hominibus. quoꝝ participatōe ex toto carebit ⁊ ꝓuatus est q̃diu in tali excōmunicatōe ꝑdurat. Tercio timēda est. qz ille qui excōmunicat̃ sathane tradit̃. Et etiam sm̃ Henricū de Arimaria. Excōicatus a potestate dei ⁊ si loqui liceat etiam a defensiōe sanctoꝝ auloꝝ eripit̃. ⁊ tam in aia q̃ in corpe potestate dyabolꝰ tradit̃. Quarto timēda est excōmunicatio. quis excōmunicatus est velut membꝝ abscisum a corpe. qō amplius nullius valoris est. Quid em̃ valet manus abscisa a corpe. vel pes. vel auris. Sic ille excōicatus abscisus est a deo ⁊ sctis eius. ⁊ nullius valoris est. Et sicut sup oīa timēda est abscisio mēbri a corpe homis. sic nihil magis debet timere xp̃ianus q̃ separi a corpe xp̃i mystico qō est ecclesia sct̃a. Vñ Aug⁹. sup Joh̃a. Nil tam debet formidare xp̃ianus q̃ separi a corpe xp̃i. quia xp̃s est caput omnium fidelium. ⁊ oēs fideles in gr̃a existētes sunt sibijnuicē membra. Sed q̃n quis excōmunicat̃ tūc a capite. i. a xp̃o. ⁊ a membris. i. fidelibus abscindit̃. ⁊ nullam influentiam diuine gr̃e amplius habet. q̃diu sic abscisus est ꝫ arescit. Quinto quia excōmunicatus ad nihiluz valet nisi ad eternum ignem. Hoc ꝓbat̃ ex euangelio Johānis vbi dicit xp̃s. Ego suz vitis vera ⁊ vos palmites. Sed homo q̃ est excōicatus similis est palmiti absciso a vite. qui sic abscisus ad aliud nō valet nisi vt ad ignem ponat̃ ⁊ comburat̃. Ex alijs ramis abscisis multa vtilia p̃nt fieri. ꝫ nō sicut ex palmite absciso. Vñ Ezech. xv. Fili homis q̃d fiet de ligno vtis ⁊ ex oibus lignis nemoꝝ q̃ sunt inter ligna siluarum. nunq̃d tollet̃ de eo lignum vt fiat opus. aut fabricabit̃ de eo paxillus vt dependeat in eo quodcūq̃ vas. Ecce igni datū est in escā. ℣ Item sciēdum si ab ista maiori excōicatōe nemo p̃t absoluere nisi papa vel eps. vel aliquis de autoritate ipoꝝ. Et talis absoluendus est cum Mitere ⁊ virga. Hec autem potestas ecclesie ⁊ platoꝝ ligādi ⁊ soluēdi que eis a xp̃o est tradita habeat magnam efficaciaz hoc possumus cognoscere ꝙ tale exemplum. Fuit quidam comes Tholosanus fautoz ⁊ receptoz hereticoꝝ. Et omnis talis ipo facto est excōmunicatus vna cuz hereticis. Et quidam sanctus abbas fuit ad eūdem comitem missus ad monendum eū. Qui cum viro sancto nollet acquiescere. nec excōmunicationem timeret. sciens vir sanctus ꝙ coz puersum nō erudit̃ verbis, dixit comiti. Vt tu ⁊ tui videant factis quātum infecta sit aia que excōmunicatōis vinculo est innodata volo mihi apportari album panem. quo sibi allato dixit. O panis licet tu non merueris. tamen vt in te ostendat̃ veritas fidei nostre. ⁊ maledictio anme excommunicationem non ptimescentis excommunico te Quo dicto panis q̃ erat inter manus eius candidus. mox niger factus est. Quem precepit in duas partes diuidi. ⁊ intus similiter apparuit niger. fuscidus ⁊ corruptus. Tunc subiunxit. Vt etiam sciatis virtutem absolutionis. accepto pane absolut eum. qui in pristinam speciem ⁊ candorem est reuersus. ℟ Quantum ad secundum est sciendum ꝙ non solum illi qui denunciant̃ in ambone sunt excōmunicati. ꝫ etiam in pluribus casibus sm̃ tus iacōmunicatī. cum quis incidit in excommunicationem manifestam vel alium religiosum mittit. Item qui hoc mandat vel post factum ratum habet. xvij. q. iij. Si q̃s suadente. Secundo cum quis incidit in heresim. Himiliter receptoz ⁊ fautoz hereticoꝝ. Tercio cuz quis ptic̃pat excōmunicato in crimine ꝓpter qō q̃s excōicatus est dando ei cōsilium. auxilium. ⁊ fauorē. Quarto cum q̃s incēdit vel frangit ecclesiam vel iubet. vel ꝓsulit. vel in ecclesia cōmittit̃ aliq̃d enorme petr̃m. vt capiendo corpus xp̃i. vel destruendo altare crucem. vel simile. ⁊ sic de alijs. Quinto cum q̃s abutit̃ l̃r̃is apostolicis. Sexto p̃ncipes vel illustres qui inhibent subditis ne vendant ꝓuisionis ecclesiasticis. vel molant. vel pistent. vel alia fuitis faciant. Septimo q̃ pedagium vel telonium accipiūt a ꝓcessionis ecclesiasticis. ⁊ tales nō debēt absolui nisi restituāt ea que sic ab ipsis receperūt. Octauo ꝓsules ciuitatum rectores ⁊ alij ptātem hñtes. qui faciūt statuta q̃ libertatem ecclesie ⁊ scptores coꝝ. Et etiam q̃ seruant talia statuta ⁊ ꝓsuetudines ⁊ sm̃ ea iudicāt. Nono Omnes isti tam p̃dicti sunt excōmunicati. Decimo q̃ impediunt iudicium cuiuscūq̃ iudicis ecclesiastici. vel impediūt volentes recurrere ad forum ecclesiasticū in causis ad tm̃ pertinētibus. Ite q̃ occasione sue excōicatōis. suspensionis ⁊ interdicti late in eos vel suos subditos. aut eoꝝ rusticos dederunt licentiam grauandi eos qui tulerant sniam. aut iudicis suos qui l̃r̃as tulerūt. nisi licentiam hmōi revocauerint. ⁊ etiam qui hoc ꝓpio motu attētare presumpserint. vel si in aliquo processu aliqua rapuerūt de predictis. nisi reddiderint infra octo dies. excommunicati sunt. ⁊ sic de alijs casibus quos in ture poteris inuenire. ℣ Quo ad tercium sciendum q̃ in q̃cq̃ casibus quis licite p̃t cōicare excōmunicato. Primo q̃ loquit̃ ei in his que pertinent ad absolutionem vel alias ad salutem anime. licet alia verba incidenter interponat vt magis ꝓficient. Secundo quicūq̃ oratoz causa orōnis vadens aut peregrinans. aut viator in terrā excōmunicatoꝝ deueniret vbi nō posset emere. vel si non habeat alias vnde emat. tali dat̃ licētia ab excōmunicatis accipiēdi ꝓpter necessitatem. Tercio vxoz excōmunicati excusat̃ a ptic̃patōe mariti excōmunicati. Quarto ꝑ

lij excusant a pticipatõe pñis excõmunicati. Et intelligit fm Guil. de filijs qui adhuc sunt in patris potestate. z cõmensales pñis. Alij vo filij extra domum pñis existentes non excusant. Similiter fui z ancille qui z ante excõmunicatiõez fuerũt in fruitio illius diũ excõmunicati z adhuc sunt. Quito ꝓpter ignorantiam. cũ ꝙs ignorat illũ esse excõicatũ actu z cõicat cum eo. Quid aũt si scio habitu aliquẽ esse excõicatum. ꝑ actu nõ. z cõmunico ei. Rñdeo fm Guil. si hoc facio subito. z nõ aduerto meipm credo q non pecco. nec excõicatõez incido. Queritur si excõicatus intret ecclesiã an alij teneant exire vl ꝓcurare q ille exeat. Rñdet fm Ray. si manifestũ est eum esse excõicatũ. tũc vel alij exire tenent vel ꝓcurare q ille exeat. xj. q. iij. Sicut apli. Quid si excõicatus intrat ecclesiã z sacerdos iã incipit missam. Rñdet fm Ray. si est occultũ nõ debz dimittere officiũ. Si vo est manifestum moneat eum publice vt exeat. Et siq dem nõ vult exire z sacerdos nõ inchoauit canonez nõ debet ꝓcedere ꝑ dimittere missam. Si vo pusq̃ ille ecclesiã intraret. vel pusq̃ sacerdos eum videret iam canonem inchoauit debet sacerdos ꝓcedere in officio. ita tñ q finito canõe z sumpto sacramẽto anteq̃ dicat postcõionẽ moneat illũ vt exeat. q si non vult põt sacerdos eũ eijcere. z si nõ põt eijci. in sacrstiam rediẽs dicat postcõionẽ z que post canonẽ requirebat. Item queritur si aliqs assurgat vel reuerentiã exhibeat excõicato vel inclinet ei salutãti se. aut moueat labia quasi resalutãs eũ cũ tñ nihil dicat. quid de illo. Rñdeo fm Guil. nõ incurrit excõmunicatio nẽ. q; pene nõ sunt extẽdẽde ꝑ restringẽde. Vñ etiã sciendum q si verbo salutat ab excõmunicato nõ debet resalutare eũ. ꝑ põt ei dicere. deus te emendet. z hmõi. Item si vir vocet excõmunicatũ ad mẽsam nũquid vxor põt ad ipaz mensam comedere. Respõdeo fm Guil. credo q non. ꝑ tamen potest ad aliam mensam in eadem domo tꝫ remote comedere q mecum excõmunicatis possit aliquid dari. Rñdeo fm Guil. q potest. z hoc causa humane sustentationis q̃. s. indigentes sunt. Et intelligo solum quo ad necessaria vite vel alimenta vestes z hospitia sic tamen q ꝓpter hoc nõ dimittant laborare ꝓ absolutõe. Secus si petant alia vtensilia. vt securim. fossorium. z hmõi que nõ sunt eis ꝓcedẽda. xj. q. iij. q̃ñ multos.

D Vltimo sciendum q illi qui ꝓticipãt cũ excõmunicatis sciẽter z ptinaciter grauiter peccãt. sicut illi qui cũ eis comedũt. bibũt. emunt. vel vendunt. z sic de aliis. Hoc ꝑz. qz talis cõmunicãs excõmunicato ꝛ ꝓhibitõez sui ꝓlati peccat in seipm. quia nõ cauet sibi ab eo qui habet morbum cõtagiosum. In q̃ videt minus amare animã suã q̃ corpus. quia si sciret se incurrere lepram corpis ꝓpter vnam cõmestionem vel locutõez q̃cito accederet ad excõicatum caueret sibi oino a participatiõe excõicatoꝝ. ꝑ lepram aie. i minorẽ excõicatõez quã incurrit pricipãdo cuz excõicato nõ curat q̃ tñ piculosior est q̃ lepra corporis. Item ꝓalia ꝓponit talis aie sue. qz si ꝓhibitum sibi esset sub pena vnius florẽti ne loqueret illi excõicato caueret sibi de dãno tempali inẽstum possibile esset. ꝑ de gra xpi z de anima sua non curat. Et talis excõicato cõicãs potius vult ꝓuari mensa dei. i. sacramento altaris q̃ mẽsa excõicati cũ quo in comedendo pticipat. qz talis non dz cõicare nec aliqñ sacramentũ accipe nisi sit absolutus ab illa minori excõmunicatiõe quã incurrit comedẽdo vel loquendo cum illo excõmũicato. Item talis cõicãs excõmunicato potius vult habere societatem illius excõmunicati q̃ societatẽ filioꝝ dei qui sunt in celo z in mundo. Ideo merito tal in inferno erit socius dyaboli z omnium damnatoꝝ si sic pertinaciter decedit. Quia si aliquis scienter z pertinaciter z in cõtemptum ꝓhibitõis ecclesie participat excõmunicato mortaliter peccat. Item sententia ꝓlatoꝝ valde timenda est cuilibet xpiano. qz xps dedit sacerdotibus potestatẽ ligandi z soluendi dicens. Quẽcũq̃ ligaueris super terrã erit ligatũ z in celis. z quemcũq̃ ꝛc. Unde tale exemplũ de excõicatõe legit q papa Grego. ix. quẽdam diuitem excõmunicauit. qui cũ ꝓtemneret excõmunicatõez pape. Tũc miraculo dei cyconie que nidificauerũt sup domũ eius a domo eius recesserũt. z nidũ transtulerũt ad domũ alterius. Vñ videns dictus ꝓtumax z admonitus a cognatis suis qui hoc idez ꝓsiderauerũt in cyconijs. postea humiliauit coz suum petens absolutionem. Et q̃cito fuit absolutus a sententia illa tunc dicte cyconie redierũt. z nidum supra domũ ipsius reportauerũt. Item aliud exemplum. Legit q in ecclesia sancti Vincẽtij martyris multi passeres solebãt intrare z fedare ecclesiã z diuinũ officiũ impedire. Cũ aũt nõ possent excludi eps illius loci eos excõicauit. mortẽ cõminãs eis si ecclesiã deinceps intrarẽt z defedarẽt. Qui ab ecclesia recedẽtes nunq̃ amodo ecclesiã intrauerũt. Immo si aliqs aliquem capiat z violẽter in ecclesiã ponat statim mozit.

In festo Penthecostes.
Sermo. .lxx.

HDeũ veniemus et mãsionem apud eum faciemus. Johã. xiiij.

U Sciendum q hodierna festiuitas inter alia festa singularem obtinet dignitatem. Est em festũ liberalitatis. quia rex regum celi z terre ascendens in regni solium ꝓfusa liberalitate dona cõtulit militibus suis. iuxta illud Psal. Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem. dona dedit hominibus. Quomodo aũt dedit dona ponit Actuũ. ij. ibi. Repleti sunt oñs spũsctõ. Item secũdo est festum exultationis. Unde hodie canit in missa. Quia ꝓfusis gaudijs totus in orbe terrax mũdus exultat. Unde hodie omibus hominibus gaudendũ est. Primo nãq̃ gaudere debent homies tristes. quia spũsctus hodie datur ad consolandum. s. suam dulcedinem nobis infundendo. Unde Augustinus in quodã fmõe Talis est gratia spũs scti vt si in corde tristiciã inuenit consumit z dissoluit. Item secundo debent gaudere peccatores qui in peccatis mortalibus fuerũt. quia hodie spũsctus dat ad viuificandum Johannis. vj. Spiritus est qui viuificat. Ezech. xxvij Ecce ego mitto in vos spiritum z viuetis. Item tercio debent gaudere iusti. quia spũsctus datur ad saluãdum iustos. Unde Augustinus. Gratia xpi sine qua nec infantes. nec etate grandes salui fieri possunt. nõ meritis reddit. ꝑ gratis dat. ꝓpter quod

gra vocat. Item Augustinus in li. pfec. Est gaudiū qđ nō dat impijs ꝛ eis qui te colunt dñe quox gaudiū tu ipe es ꝛ ipm est btā vita in terris. Item tercio est festum sanctificationis. quia hodie xps sanctificauit ecclesiā suā. ꝛ adhuc scificat hodie corda fideliuz p infusionē spūssancti. Psal. Sāctificauit tabernaculū suū altissimus. Itē quarto est festū amoris. qz spiritussanctus qui ē amor pris ꝛ filij hodie mittit. Idcirco hodie legit euangeliū in quo agit de dilectōne quā deus nobis infudit per spiritūsanctū. Ergo dicit in euāgelio hodierno Si qs diligit me. q. d. Pauci sunt qui me vere diligunt. Nam superbi diligunt honores ꝛ potestates. luxuriosi delectatōes ꝛ voluptates. auari diuitias ꝛ possessiones. Isaie. j. Omnes diligūt munera. Sequit in verbis premissis. s. Ad eū veniemus ꝛ mānsionē. ꝛc. Sciendum qꝫ triplices sunt homines. Primi sunt ad quos spūssctūs nunqꝫ venit vt sunt indurati peccatores q semp in malo stant ꝓposito. vt superbi. auari. luxuriosi. iracūdi. ꝛ gulosi. quia tales spūsctō resistūt in hoc. qz penitere nolūt. De qbus dr Act. vij. Dure ceruicis ꝛ incircūcisi cordibus ꝛ auribus vos semp spūsctō restitistis. Glo. qz nunqꝫ pniaz agentes. Et licet spiritussanctus pulset ad corda eox tamē intm sunt indurati qꝫ nolūt aperire. Apocal. iij. Ego sto ante ostiuz ꝛ pulso ꝛc. Mifricordia eīn dei magna est. q ita dr pulsat ad cor pctōris. ꝛ magna est rusticitas pctōris qui apire nō vult ei. Grego. Debemus mifricordiam erubescere si eius iusticiā nolumus formidare. Gra dei se hz vt radius solis aperi ei fenestrā cordis ꝛ intrabit. Heb. xij. Contēplātes ne qd desit gre dei. j. Pe. j. Sperate in eā q vob offert graz. Qui igit gre dei nolūt cor aperire vident peccare in spīmsanctum ingrati de bonitate dei quā ꝓtemnit. Item peccator induratus multū est reprehēsibilis q se videt peccatis inquinatū. ꝛ deo ꝛ sanctis angelis abominabilez factū. Juxta illud Psal. Corrupti sunt ꝛ abominabiles facti sunt in iniquitatibus suis. ꝛ tamē ad aquam gre sine qua mūdari nō potest nō recurrit. Item videt se igne infernali succensum. s. igne malarum concupiscentiarum. ꝛ tamē ꝓ aqua gratie qua ignis iste extinguit nō clamat. Ex magna eīn negligentia videt esse in hominibus defectus gre isto tempe. cuz tamen habeant in ꝓximo varios fontes gratiarum scz sacramēta penitētie ꝛ eucharistie. Dñ Crisostomus dicit. qꝫ tēpus auxilij est nūc. qz tēpus bonoꝝ meritorum. Ergo qui isto tpe gratie sunt aridi a gratia ꝛ se nō disponunt sunt similes eis qui iacent circa fontes ꝛ nolūt se applicare ad bibendum. ꝛ ꝓterea sic siti morīunt. sic etiā tales sunt reprehēsibiles. Secūdi hoies sunt ad quos spūssanctus venit. ꝫ mansionem nō facit. vt sunt illi q ꝑm Grego. in omel. hodierna cōpungunt ꝛ a peccatis suis se vertūt. ꝫ tempore tētatōis hoc de quo cōpūcti fuerāt obliuiscunt. ꝛ sic ad perpetrata peccata redeūt ac si hec minime plāxissent. ꝛ sic extinguūt gras dei in seipsis. Cōtra quos dicit Apostolus. Spm nolite extinguere.

Tercij sunt ad quos spūssanctus venit ꝛ mansionez facit. vt qui digni sunt recipere spm̄sanctuz ꝛ post receptionem spūssancti a peccatis se custodiūt. nec ecō uerso spm̄sanctum a se repellant. ꝛ sic in bono ꝓficiūt vsqꝫ ad finem vite sue. Augustinus li. iij. de penitētia. Presto semp est gratia que nunqꝫ deficit nīs ꝑpus expulsa cōtinue necessario quod suū est inspiratus si est q recipiat. Idē Augustinus. O qfelix est anima ista que ita vitā suā gubernare studet auxiliante deo qꝫ xpm hospitem ꝛ inhabitatorem mereaf accepere. Quantū ad secūdum sciendum qꝫ septem sunt genera hoium ad quos spūssanctus venit ꝛ mansionem ibi facit. Primi sunt qui consolationem mundi ꝓpter deum spernunt. Psal. Renuit consolari anima mea. Exemplū habemus in beato Johāne euāgelista. qui ante visiōes quas vidit missus fuit in exiliū vbi nullā consolationē mundanam habuit. ꝛc. Et merito tales ꝛsolant a deo qui hic ꝛsolatōes spernūt carnales. Deutero. viij. Afflixit te penuria ꝛ dedi tibi mānā. Sz q hic in mūdo ꝛsolant ꝛ querūt cōsolatiōes corporales nō sunt digni cōsolari a spūsancto. Unde Bern. in epla. Qui carnalibus voluptatibus pascit eternaz delitiaruz epulis indignus habet. Idē Bern. Quō ignis ꝛ aqua simul esse nō possunt. sic spūales ꝛ carnales delitie in eodem compatiunt. Sed tū sciēdū qꝫ sunt quase tuor genera hominum qui carēt omni consolatōe tā spūali qꝫ corporali. ꝛ ideo merito tales sunt pauperti mi. Primi sunt qui in obedientia sunt restricti ad religiosam vitam. ꝛ tū corde in seculo vagant. ꝛ tales duram vitam gerūt. Nam graue est eis quicquid ad dei seruitium spectat. ꝛ quicquid facūt hoc coacte ꝛ ex timore faciunt. nullam spūalem dulcedinem sentiūt. nec carnalem etiam dulcedinem ꝛ seculi consolationem habere possunt. Et hoc contingit qñqꝫ illis pueris qui contra voluntatem suam traduntf ad monasteria. vel quia pater est pauper. vel quia puer defectuosus est. vel quia pater multos pueros habet. vel quia cū pacto ꝛ simoniace talem puerum dedit ad monasterium. ꝛ sic de alijs. Ergo nulli consulendum est qꝫ puerum suum ad aliquod monasteriū tradat cōtra volūtatem suam vel etiam vbi nō seruat religio. ꝛ ꝑcipaliter illa tria substātialia. s. paupertas. id est cōmunitas. obediētia ꝛ castitas. Et ad illa tria seruāda obligat omis religiosus ꝓfessus cuiuscunqꝫ ordinis sit. Et quicunqꝫ religiosus illa tria non seruat nō est in statu saluandoꝝ. ꝛ melius esset qꝫ esset bubulcus vnus qꝫ qꝫ sit religiosus malus ꝛ ꝓfectus vel nō castus. ꝛ sic de alijs. Secundi qui carent omni cōsolatōe tam tempali qꝫ spūali sūt homines seculares ꝛ mundi sectatores. Nisi aliquā do recipiūt tempalē cōsolatōez ꝫ cū amaritudie cordis. quia contēnitōez habēt qꝫ ista vita in qua viuūt eos nō saluat quia sūt superbi. luxuriosi. auari. ꝛ res iniustas possidentes. lusores. blasphematores iracūdi inuidiosi. ꝛ sic de alijs. Et cū tales habeāt lesam ꝛsciaz ex hoc qꝫ seipos sic recognoscūt. ergo nūqꝫ pñt realiter gaudere. Dñs Ansel. Inordinatus animus sibiꝑi est pēa. Isido. de sum. bo. Nulla pena grauior est mala cōscia. Ambro. de officijs. Que pēa grauior est qꝫ interiozis vulnus ꝛscie. Nōne hoc magis fugiēdū est qꝫ mozs. qꝫ dispēdium. qꝫ exilium. qꝫ debilitatis dolor. Sic ecōuerso bōa ꝛ secura ꝛscia semp gaudium habet. Salomō. Secura ꝛscia quasi fuge cōsiuiū. Isido. de sum. bo. Vis nunqꝫ esse tristis semp bene vlde. reus nāqꝫ aīmus non est securus. bona vero cōscientia semper gaudium habet. Tercij qui carent

omni ꝓsolatõe sunt hypocrite qui corpus suum a solatijs retrahũt. ⁊ tamẽ in hoc deũ nõ ꝓtendũt. quãuis multum vigilẽt. ieiunẽt. corpus suũ castigẽt. tamẽ nõ sunt fuꝛi xp̃i. ꝯ martyres dyaboli. Et ꝑ dicemoꝛtificamur tota die. Et tales carẽt omni ꝓsolatõe. quia subtrahũt sibi ꝓsolatõez mũdi. ⁊ etiam carẽt cõsolatõe dei. Ergo sunt miꝭrimi ⁊ a xp̃o multipliciter maledicti. Quarti qui omni consolatione carent sunt impatiẽtes in aduersitatibus ⁊ infirmitatibus. Et tales qui sic in tribulatõibus suis cõtra deũ murmurãt ⁊ impatiẽter ferũt habẽt duplicem infernum. qꝛ hic puniunt ꝑ tribulatões ⁊ infirmitates. ⁊ ꝑter impatientiã suã in futuro punient a demonibus. qꝛ sicut ꝑ patiẽtiã homo custodit aiaz suã. sic per impatientiã põt pdere aiaz suã. Luce. xxi. In patiẽtia vestra possidebitis aias vestras. Sed qñ homo infirmus ⁊ tribulatus patiẽs est. tũc deus per interiozem cõsolationem temperat exteriozem tribulationem. Psal. Cũ ipo sum in tribulatõe. Secũdi ad quos spũssanctus venit ⁊ mansionem facit sunt qui lugẽt in seipsis que cognoscũt deo displicere. qꝛ ꝙ homo cognoscit mala sua est bonũ signũ in hoie. Beneca. Argumentũ est melius trãslati ꝙ vicia sua que vsqꝫ hũi ꝙ lugẽt. Crisosto. sup Matb. Nihil ita cõgluti summo bo. Lachꝛyme penitentiũ apud deũ ꝑ baptismate reputant. Sic lugẽtes merito sunt beati. qꝛ impetrãt a deo quicqd volũt. Vñ Crisosto. in ꝑmone. Nemo ad deũ aliqñ flẽs accessit ꝙ nõ quod postulauit accepit. Et tales dñs vult cõsolari. Hiere. xxxi. Cõuertam luctũ eoꝛ in gaudiũ. Sed isti ꝙ ꝑter dãna tẽpalia supꝛa modũ tristant nõ ꝓsolant. qꝛ plus tristant de bonis amissis temporalibus q̃ de datore quem sepius peccãdo offenderũt. Querit vtrũ sit peccatũ qñ homo nimis de dãnis tẽpalibus tristat Ꝛndeꝯ ꝙ sic. quia est signũ ꝙ ista tẽpalia cum magno affectu coꝛdis dilexit. Vñ Greg. xxxj. moꝛal. Si ne doloꝛe amittit quicqd sine amoꝛe possidet. queꝫo ardẽter diligimus habita. grauiter suspiramus ablata. Ergo oia dãna tẽpalia deo offerre debemus cuz patiẽtia coꝛdis. ⁊ dñs retribuet nobis ⁊ recompensabit in vita eterna. Tercij ad quos spũssanctus venit ⁊ mansionem facit. sunt illi qui strennue ⁊ viriliter tentationibus resistunt. Apocalyp. ij. Vincenti dabo manna absconditum. id est gratiam. que dicit absco dita. qꝛ nõ videt. Ergo viriliter resistere debemus dyabolo. ⁊ hoc in ꝓncipio tẽtatõis. quia dyabolus est serpẽs lubꝛicus. ⁊ vbi caput posuerit ibi statim totus illabit. Vñ Isido. de sum. bo. Dyabolus est serpẽs lubꝛicus. cuius si capitis. i. ꝓme suggestiõi nõ resistit. totus in interna dũ nõ sentit illabit. Vñ Heriñ. sup epl̃az Jacobi. Nõ em̃ ꝓtristari debemus si in tẽtatões inciderimus. ꝯ si in tẽtatõibus superati fuerimus. Greg. Tẽtatio cui nõ ꝓsentit nõ est peccatũ. ꝯ est materia exercẽde virtutis. Quarti ad quos spũssanctus venit sunt ꝙ eũ affectãt per feruẽsdesideriũ. ⁊ est valde dignũ vt spũssanctus ꝓ sua dignitate ⁊ vtilitate feruẽter desideret ab hoie. Augustinus. Tota vita xp̃iani est scm̃ desiderium. quod dum desideras nõdum vides. ꝯ desiderãdo capax efficieris. Ergo affectus ⁊ appetitus desideriꝯ datus est homi. vt magna debeat desiderare. ⁊ hec sunt dona gr̃e in ꝑsenti. ⁊ glorie in futuro. Ergo ex coꝛde affectare debemus gr̃am spũssancti. ⁊ eum inuitare per deuotam oꝛõnem. qꝛ qñ deuote oꝛamus tũc spm̃sanctũ inuitamus. ⁊ ipe paratus est ad nos intrare. qꝛ stat ante hostium ⁊ pulsat ⁊ expectat. ꝙ aũt oꝛando accepturi sumus spm̃sanctum hoc docet nos xp̃s Johã. xiiij. Rogabo pꝛem meum ⁊ alium paraclitum dabit vobis. Item docet hoc cetus apostoloꝛum qui inter ascẽsionem ⁊ pẽthecosten oꝛõi instabant vt spm̃sanctũ accipe merereñ. Act. j. Erãt oñs erãt ꝑseueranter vnanimiter in oꝛõne. Item hoc docet vniuersalis ecclesia que hodie cãtat ⁊ clamat. Veni scẽ spũs. Ergo Dauid oꝛando dicit. Coꝛ mundum crea in me deus. ⁊ spm̃ rectum innoua in visce. ⁊c. Quinti ad quos venit spũssanctus sunt humiles. qꝛ humilitas est vas ⁊ receptaculum gr̃aꝝ ⁊ virtutum. Jaco. iiij. Humilibus aũt dat gr̃az. Sic̃ aqua fluit ad loca humilia. sic gr̃a replet coꝛda humiliũ. Augustinus. Alta siccant. ima replent. Hãc humilitatem debet habere omnis xp̃ianus ad celestem gloziam peruenire volens. Bernardus in ꝑmone. Per humilitatẽ ascẽdatis ad sublimitatem. quia hec est via ⁊ non alta. Job. xxij. Qui humiliatus fuerit erit in gloria. Et hoc merito. quia humiles hic deum ad hospitium recipiunt. quare eos deus merito recipiet in futuro. Pꝛouerbioꝝ. xxix. Humilem spũ suscipiet gloria.

Sexti ad quos spũssanctus venit ⁊ mansionem facit sunt illi qui habẽt coꝛ quietũ ⁊ pacificum. quilibet em̃ libẽter vadit ad hospitiuz vbi q̃rem inuenit. sic ⁊ spũssc̃us. Matb. v. Beati pacifici. Abijcere ergo debemus discoꝛdias ⁊ inimicicias ⁊ ignoscere iniurias nob illatas. ⁊ pacẽ ⁊ charitatẽ habere ad oẽs homies. Apl's. Pacem habete ⁊ deus pacis erit vobiscum. ❡ Septimi ⁊ vltimi sunt qui verbum dei audiũt ⁊ illud custodiũt ⁊ retinẽt. Vñ xp̃s dicit in euangelio hodierno. Si qs diligit me sermonem meum seruabit. ⁊ pꝛ meus diliget eum. ⁊ ad eum veniemus ⁊ mansionẽ apud eũ faciemus. Ideo libenter debemus audire vbũ dei ꝑter tria. Pꝛio. qꝛ est cibus aie. Matb. iiij. Nõ in solo pãe viuit homo. ꝯ in oi vbo qõ ꝓcedit de oze dei. Bregoꝛ. Cibus mentis est verbum dei. Secundo. quia mentem illuminat. Psal. Lucerna pedibus meis verbuz tuum ⁊ lumen semitis meis. Si quis dolet oculos. vel si esset coꝛpaliter cecus libẽter iret per decem miliaria vbi posset illuminari. Multomagꝛ hoc facere debemus ꝓ spũali illuminatione. Tercio. quia ab eterna morte liberat. Job. viij. Qui ꝑmonem meum seruauerit nõ gustabit mortem in eternum. Sic̃ em̃ aia viuificat coꝛpus vita nature. sic spũssanctus aiaz cui vnit viuificat vita gr̃e. Vñ Joh. vj. Spũs est q̃ viuificat. Nõ etiam referri potest ad verbũ dei. Exemplum de gr̃a spũssancti. ⁊ quomodo verbũ dei illuminat animam. ⁊ ab eterna morte liberat. Quidam miles multis vicijs plenus fuit. ⁊ dyabolus ꝙ peccata coꝛ suũ excecauerat ꝙ omnibus diebus vite sue nunqꝫ nisi semel fuit confessus. Contigit em̃ semel vna dierum Pentheco stes ad ecclesiam eum reuerẽter ire. ⁊ nõ causa deuotõis. ꝯ ꝑter humanam ostẽtationem. qꝛ esdez die nouas ⁊ pꝛecioſas vestes induit. Quia audiẽs a

sacerdote vt dñs mitteret spm̃sanctum qui mundaret cordā omnium peccatorum a vicijs. Nox ille ad locum secretum fuit. rogans deum dicens. Domine deus ego prochdolor sum peccator qui multa vicia p petraui. rogo te propter miſicordiam tuam vt hodie mihi spm̃sanctum mittas qui cor meum purget ⁊ illuminet. Statim cum dñs exaudiuit ⁊ spm̃sanctum ei misit. qui cor eius mundauit p veram ꝓtritionem. ⁊ post p puram cōfessionem. ⁊ sic spūssanctus ad eū venit ⁊ mansionem apud eum fecit q̄ a mplius nūq̄ mortaliter peccauit. ⁊ satis cōdignam p niaz de pretritis peccatis fec̄. ⁊ finē suū in bono terminauit.

Itē alius sermo de
Spūsancto.
Sermo. lxxj.

Repleti sunt omēs spi- ℟ Rtuscto. Act. ij. Aresto. ix. Meth. Contraria nō sunt in eodem. Cum ergo spūssanctus intrat in cor homis tūc peccata ⁊ vicia expellit. ⁊ vitā homis scificat. Hoc factū est apostol̄ qñ in die pēthecostes omnes repleti sūt spūsco. Sciēdum q̄ in pñti ſmone tria sunt dicenda. Primo q̄ spūssanctus quatuor facit in aia. que aia naturaliter fac̄ in corpe. Scō qñ spūsctūs datus est apostolis. Tercio que sunt signa spūsctī quo ad inciplētes. ꝓficiētes. ⁊ pfectos. ¶ Quātū ad p̄mum sciēdum q̄ sic spūs corpalis. id est aia quatuor facit i corpe. sic spūsctūs similitudinarie quatuor facit in aia spūaliter. Primo spūs. id est anima cōfuat corpis decorem. quia sicut sine aia corpus est pallidum. nigrum. ⁊ deforme. sic aia nō habz decorem ꝓscie nec colorē cōuersationis honeste sine gr̄a spūsci. ꝙ aia p eius aduētū renouat. reformat ⁊ ornat. Psal. Emitte spm̃ tuū ⁊ creabunt ⁊c. Scō aia est caloris nutritio. Dū quādiu est aia in corpe. tamdiu ibi est calor naturalis. ꝙ aia recedēte corpus frigescit. Ita spūssanctus dat aie calorē dilectōis diuie. Romāos. v. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris. Tercio aia corpus cōfortat. q̄ sine aia corpus subsistere nō pōt nec se defendere. q̄ oia bn̄ pōt ea pñte. Sic sine gr̄a spūsci hō nō pōt tētatōibus dyaboli resistere nec se defendere Ad Roma. viij. Spūs adiuuat infirmitatē nostrā. Quarto corpus sine aia caret motu. sic aia sine spūsancto nec moueri in virtutibus. nec opari potest. ꝙ deficere eā oportet. Ezech. viij. Spūs eleuauit me. ¶ Quātum ad secūdum sciēdū q̄ spūsctūs tribus vicibus datus est aplis. Primo añ passionez xp̄i. ⁊ hoc ad faciēdū miracula qñ eos ad p̄dicādum misit. ⁊ sup omia demōia. ⁊ vt lāguores curarēt eis potestatem dedit. Hec em̃ miracula p spm̃sctm̃ fūt. ſm q̄ dicit Math. xij. Nō tñ cōsequēs est vt q̄cūq̄ habeat spm̃sanctū q̄ ille miracula faciat. quia sic ait Grego. Miracula hoiem sctm̃ nō faciūt ꝙ ostēdūt. nec quicūq̄ qui fac̄ miracula spm̃sanctū habz. Hoc p̄z in incantatoribus. Secundo dedit eis spm̃sanctū post resurrectiōez. ⁊ hoc vt sacra cōferrēt qñ insufflauit in eos dicens. Accipite spm̃sctm̃. quorum remiseritis peccata ⁊c. Hoc idem canit qñ sacerdotes ordinant q̄ sūt sectatores apostolorum. Tercio dedit eis post ascēsionē in die pēthecostes. ⁊ ex hoc corda cor ita solidata fuerūt vt amplius de tormentis nihil timerēt. Psal. Spūs oris eius omnis virtus eorum. Et in p̄ti festo repleti sūt oēs spūsco. In q̄ ostēdit magna liberalitas dei. q̄ magnū ⁊ ꝓciosum donum dedit. ⁊ hoc ptz in dignitate. q̄ hoc donum est ipemet deus. Aug. Magna dei miſicordia est q̄ dat donū equale sibi. Et si vnam guttam gr̄e daret homi plus esset ꝙ si daret sibi totū mūdū. Modo abūdanter gr̄az spūssancti eis dedit. quia repleti sunt omnes spūsancto. Hodie em̃ receperunt bonam mensuram gr̄e spūssancti. ⁊ hoc in suaz sanctificatōez. Item receperūt mensuram confertam. ⁊ hoc in eloquētia omniuz linguarum. vt canit in ecclesia. Loquebant varijs linguis apostoli. Et hoc donū fuit eis datū vt pcōres cōuerterent. quia si in mundo p̄dicare deberent oportuit q̄ vbiq̄ intelligerent. Itē receperūt mēsuram coagitatam. q̄ cōfirmati erāt in gr̄a q̄ amplius nunq̄ mortaliter peccauerūt. nec peccare poterunt. Itē mēsuram affluētem. q̄ p flumē spūsci totū mūdum trrigabāt. Ez riuuli istius flumis fuerūt sci doctores. vt Ambrosius. Augustinus. Gregor̄. ⁊ Ieronymus ⁊c. Stillicidiū hoz riuuloz sunt doctores moderni tpis. Psal. In stillicidijs eius letabit germinans. ¶ Quātū ad terciū. s. que sunt signa spūssancti. Sciendū q̄ tria sunt signa spūsci quo ad incipientes. Primū est dolor de culpa ꝓterita. Verū. Spūsctūs odit sordes. nec bitare pōt in corde subdito pctīs. cū em̃ ꝓpriū est pctā expellere ipsius. etiā ꝓpriū est odire pctā. nec in vno domicilio ꝙ mozarī tāra mūdicia ⁊ tāta immūdicia. Exemplum de luce ⁊ tenebris q̄ nō pattunt se in eodē hemispherio ꝙ mutuo se expellūt. Sic ⁊ hic. Ergo compunctio esse de peccatis est signum p̄me spūsci. Secūdū signum fm Verū. est firmū ꝓpositū cauendi futura peccata cum effectu ⁊ emēdādi ꝓterita. quod nullatenus pōt haberi conatu ꝓprio sine spūsco infirmitatē nostrā adiuuāre ⁊ p gr̄am assistēte. Dū Aug. in libro retractationū. Voluntas inq̄t nostra nisi gr̄a spūsci liberalit assistente non liberaf a suttute que facta est sua pcti. Dū etiā Seneca. Magna ps bonitatis est velle fieri bonū. Terciū signū est si q̄s mouet ab intra ad bona opa. Hā fm Grego. Amor vel nō est ociosus opaf em̃ magna si est. Verū. in fm̃one de festo Pēthecostes. Ad bonū faciēdum spūsctūs monet nos ⁊ docet. Monet memorā. ⁊ docet rōnē ⁊ volūtatem. Prompta igit bona opatio signuz est spirantis spūsci. ⁊ hoc quo ad inciplētes. Hā puer in vtero mris p motū cognoscit. sic si homo mouet ab intra spūalit. Sed quo ad ꝓficiētes sunt alia signa i q̄bus spm̃sctm̃ i eis inhitare cognoscūt. Primū est frequēs ⁊ iusta cōscie coniecturalis examinatio. nō solum de peccatis mortalibus. imo ō venialibus. Cuius ratio est. quia sic spūsctūs opponit peccato mortali. ita feruor charitatis qui est a spūsancto opponit peccato venali vt ipsum ab anima euellet ne spiritusancto displiceat. qui omnes anime officinas mundificat. ⁊ minimam peccati paleaz intra cor quod possidet nō patit possidere. ꝙ statim igne subtilissime circūspectionis exurit spūs suauis ⁊ dulcis. Dū Grego. in mozal. Cū igit frequens ꝓscie examinatio fiat a spūsancto p feruorem charitatis signum est adesse spm̃sanctum. Ergo si post dictum vel factū vel cogitatum bonū discutit vtrum in aliquo deli-

quit hoc est signū spūssancti. Apostolus. Si nosmet ipsos iudicaremus nō vtiq; iudicaremur. Bern. Dilexit deus illam aiam q̄ in conspectu eius sine intermissione se cō siderat z sine dissimulatione diiudicat semetipam. Secundū signū est sitis mūdane concupiscētie extinctio siue diminutio. Quāto em magis charitas auget sequit q̄ cōcupiscētia in eis semp minuat. Vñ Aug. sup Joh. in omel. viij. Radix oium bonoz est charitas z radix omniū malorz est cupiditas. Et ille due simul esse nō pñt. quia nisi vna radicitus euulsa fuerit alia plantari nō potest. Charitas ergo roborata non cessat cōcupiscentiā radicitus extirpare. vñ Aug. dicit q̄ charitas venenū est cōcupiscentia corporaliū. z nutrimentū charitatis diminutio cupiditatis. De hac extinctiōe sitis dī Joh. iiij. Si quis biberit ex aqua quā ego dabo nō sitiet amplius. Crisō. Non est sup terraz quod amet qui donū dei in veritate gustauerit. Unde Augu. Qui biberit de fluuio paradisi cuius vna gutta est maiorz q̄ occeanus. sequit vt eius sitis sit extincta. mirum em esset si homo totum mare bibisset z sitis eius nō sit extincta. Unde apostoli postq̄ de fluuio spūssancti biberunt omnia ꝓpter xp̄m reliquerūt. Ergo est signum spūssancti si corruum antea ad tempalia inclinatum fuerit. sed modo ad celestia erigit. Matth. vj. Ubi est thesaurus tuus ibi est z corruum. Tercium signum si parcis lesis ex corde quantūcunq; offensus sis vel offendaris in futuruz tū paratus es indulgere. z habes corruum pacificū ad oēs hoies est signū spūssancti. Sed iracundi z litigiosi habēt signū spūs maligni. Unde Grego. Si filij dei vocant que pacem faciunt ꝓculdubio filij sathane sunt qui ipam confundunt. Ambro sup Lu. Pax est dux ad vitam eternā. Sunt etiam tria signa spūssancti quantū ad pfectos. Primum est q̄ hō nil timeat nisi deū. j. Joh. iiij. Perfecta charitas foris mittit timorē. Jtē. ij. Corr. iij. Ubi spūs dñi ibi libertas. vñ apli z martyres nullū regez nec aliquē p̄sidē nec tyrannū quēcunq; timuerunt ꝓter solum deū. Unde Bre. Nullum genus mortis bono homini z recte viuenti metuendum est. Bene. Tutissima res est nihil timere nisi deuz. Ergo si nec paupertatē times nec infirmitatē. nec aliquā aduersitatē signū est pfectionis. Scōm signū est non resonare nec murmurare i aduersis. vt dicere possit cū ps. Quonīā ego in flagel. para. sum. Et illud Matt. v. Si quis te pcusserit in dexteram maxillā ꝑbe illi z alterā. Immo aduersitates z tribulatiōes sūt ei dulces. Unde scriptuz est de btō Stephano. Lapides torrentis illi dulces fuerūt. Ideo cantt de martyrib⁹ Nō murmur resonat. non q̄rimonia. Legitur etiā de apostolis. Act. v. Ibant apostoli gaudētes a cōspectu concilij qm̄ digni habiti sunt pro noie Jesu cōtumeliam pati. vnde Greg. Qui superna degustat infera equanimiter tolerat. Tercū signū est desiderium dissoluendi ab hoc mundo. sic q̄ totus mūdus ē sibi quasi crux et oia terrena postponit. nisi inquātū necessitas req̄rit. vñ Apls. Cupio dissolui z esse cum xp̄o. Et illud ps. Sitiuit aia mea ad de. fon. vi. Item illud ps. Heu mihi. q̄ inco. me. ꝓlōgatus est. Exemplū de desiderio celestis patrie. Legitur q̄ quedam mulieres tam spūali z mirabili amore in diuina affectione resolute fuerunt. vt pre desiderio languerent. nec a lecto q̄ multos annos nisi raro surgere possent nullam aliā infirmitatem habentes nisi illam. cui⁹ desiderio earū aie liq̄facte cū domio suauiter q̄escētes quāto spū ꝓfortabunt. tāto plus corpe infirmabant. Et sic habem⁹ q̄ spūssanctus opatur tria in incipiētibus tria in ꝓficiētibus. z tria in pfectis.

De eadem festiuitate. Sermo. lxxij.

Quare deus subtrahit gr̄am hominī.

Spirit⁹ meus sup mel dulcis Eccli. xxiiij. Ex quo spiritus sanctus est fons totius dulcedinis. tūc queritur quare de⁹ q̄nq; dilectis suis in p̄senti subtrahit consuetā gr̄am z spūalem consolationē z ꝑmittit eos q̄nq; diu stare in ariditate z amaritudine cordis. Respōdetur q̄ deus hoc facit multiplici ratione.

Prima ratio vt hō de seipso nō confidat nec de sanctitate sua nec reputet se esse aliq̄d cū nihil sit. quia q̄ reputat se esse aliquid seipm seducit. Sancti em viri q̄to pfectiores z sanctiores sunt. tāto humiliores sūt z debent esse. Sicut legit de sctō francisco qui dixit q̄ esset maximus peccatoz totius mūdi. Et hoc contingit ex eo q̄ seipos cognoscunt. Et quanto plus seipos cognoscunt tantomagis indignos se deprehendunt. Bre. in moral. Sancti viri q̄ altius apud deum virtutū dignitate ꝓficiunt eo subtilius indignos se esse deprehendūt. qz dum luce ꝓximiores fiunt quic quid in seipsis latebat inueniūt. Ne ergo bonus hō cadat in spūalem suphiam. que aliqñ peioz est et magis nociua q̄ secularis pompa. tūc deus subtrahit sibi q̄nq; spūalem consolationē. Et etiā ne hō credat a seipso habere illam gr̄am vel ex suis meritis vt sic cognoscat q̄ ista gr̄a datur sibi ex sola dei bonitate z liberalitate z non ꝓpter sua merita. Nam minimā gutta gratie z bonitatis dei nō possumus merer a nobisipsis. Nam si homo semp deuotionem z gratiam z spūalem consolationē ad libitum haberet forte crederet hoc esse a natura quod est a sola dei gratia.

Secunda ratio est qz deus vult ꝓbare hoiem vtrū velit abire z consolationē in creaturis querere quando non habet a deo diuinā consolationē. Sicut spōsus vult ꝓbare p̄stantiā sponse. i. fidem z dilectionē verbigr̄a. vt si mercatoz simularet se ire ad nūdinas z tamē se absconderet in domo maneret volēs videre q̄d vxoz faceret eo absente vel quid deo eo loq̄ vellet. vel si de recessu eius doleret z de reditu gauderet. Sic xp̄s tardat aliqñ ventre cum sua dulcedine vt ꝓbet constantiā fidelis aie an velit aliū virum accipere eo absente. vel an velit se ꝓtinere ꝓpter eū. Ꝉ ē vtiq; velit ꝓsolatōz alienā in creaturis q̄rere. vl vtrū velit libēter sine ꝓsolatōe creaturaz ꝓpē eū cēvel vtrū velit firmit̄ stare z nō recedere ab eo. Ex aia q̄ ꝓsolatōz in creaturis q̄rit postq̄ diuinam dulcedinez amisit facit sicut mulier que absente viro ꝓprio ad alium se transfert. Debet aūt aia que est spōsa xp̄i facē sic turtur q̄ postq̄ perdit suū maritū nō vult aliū recipere neq; ammō sup ramū viridez sedē q̄ sp gemit post maritū suū. Sic z aia hois debz gemere post xp̄m cū suā dulcedinē amisit. z gemendo expectare donec veniat z redeat. Tercia rō est vt hō in timore dei maneat z timeat no forte sponsum suū. s. xp̄m offenderit q̄ aliquā cām vel negligentiā ꝓpter

quã ꝓsolationẽ spũalem ei subtraxit. Sed tñ iste timor debet esse moderat⁹ ne desperet. Debet em̃ esse timor filialis ⁊ non seruilis. sicut puer timet ꝓrem et tamẽ eũ cũ hoc diligit. Nã stulta est illa vxor que statim credit de viro suo quotiens de domo exit q̃ velit eam relinquere ꝓ alia vxore. Sic facit aia que minus xp̃m diligit. Et nota q̃ in recessu viri de domo. ⁊ si secum tollit leticiã quã vxor habet de p̃nti a eius: nõ tamẽ tollit gr̃am nec post recessum minus diligit sed plus diligit. ⁊ insup magis accendit ⁊ inflamat. Et hoc est quod Gre. dicit sup Cant. Spõsus abscõdit se aliqñ ab aia spõsa sua, vt ardentius eũ ecõuerso querant. ⁊ dũ eũ inuenerit ecõuerso diligẽtius et cauti⁹ custodiat. Anima em̃ debet eẽ sollicita ne euz perdat. ⁊ dum eũ pdiderit magis sollicite debet eum querere. ⁊ dum ecõuerso inuenerit magis diligenter debet custodire. Et sic qñq̃ ꝓtingit q̃ xp̃s cũ maiori gr̃a redibit q̃ antea fuit cũ ista aia. Time ergo in q̃cunq̃ gradu pfectionis es. vñ Bern̄. Scriptum est. Si nõ in timore dñi te tenueris instãter. cito subuertetur domus tua. Omne nanq̃ virtutũ edificiũ ilico vergit in precipitiũ si huius gratie aufers presidiũ. vnde Bern̄. Connexa quidẽ sunt timor ⁊ religio. nec manere põt alterũ sine altero. Quarta causa ẽ ne homo seipm̃ destruat ⁊ corpus suum nimiũ debilitet Quia si hõ semp haberet istam gr̃am ⁊ spũalem dulcedinẽ semp vellet ieiunare. orare. vigilare. ⁊ alios labores facere. q̃ quicqd facit semp est sibi dulce ⁊ totum delectabile. stante illa gratia ⁊ consolatione. Ut ergo aïe obsequium sit rõnabile tunc deus q̃nq̃ subtrahit homini spũalem dulcedinem. Sunt em̃ aliqui in principio ita feruentes q̃ se destruunt ⁊ faciunt sibi capita debilia ⁊ vacua q̃ modicum vel nihil post modũ possunt. Sed obsequiũ hominis fm aplm debet esse rationabile vt hõ sic azinum suũ. i. corpus suum nutriat. vt saccos portet. id est labores sustineat. ⁊ sic eum domet discrete cũ abstinẽtijs ⁊ vigilijs. ne lasciuiat ⁊ pondus proijciat. Deus etiaz hoc facit vt homo suam ꝓpriam infirmitatẽ cognoscat. Nã cum xp̃s presens est per spũalem dulcedinem videtur homini q̃ fortis sit ad totum onus laboris scz mane surgere. orare. legere. ieiunare. ⁊ male comedere ⁊ proclamari ⁊ vilipendi. ⁊ quicquid ei iniungitur leue est ⁊ eum non grauat. Et quare hoc. quia dns supponit manum suam ⁊ subleuat totum onus. Sed subtracta gratia totuz graue erit qõ antea leue fuit. Apostolus Omnia possum in eo qui me confortat. Sed econuerso xp̃us dicit vt habetur Joh. xv. Sine me nihil potestis facere. Quinta ratio est ne hõ alios despiciat. ⁊ propter hoc alios defacili iudicet. q̃ vt alijs infirmis compatiat. Sunt em̃ aliqui quando de⁹ eis aliquã gr̃am facit. tũc statim iudicant ⁊ despiciũt alios qui forte si haberent illam gratiam plus facerent q̃ ipsi. Luce. vj. Nolite iudicare ⁊ non iudicabimini. nolite condẽnare ⁊ non condẽnabimini Gre. Vera iusticia cõpassionẽ habet. Ergo cõpati debem⁹ debilioribus ⁊ imperfectis. Unde Greg. In tanto q̃q̃ perfectus est in quanto perfecte sentit dolores alienos. Sexta ratio est ꝓpter tepiditatem. scz q̃ homo non vult feruenter ⁊ fortiter operari ⁊ vti illa gratia sibi data sed quando ita tepide operatur tunc deus quandoq̃ illam gratiam dataz sibi subtrahit. Itẽ admonet nos Apostolus dicens. Hortamur vos ne inuacuum gratiam dei recipiatis. Qui ergo vult esse inutilis seruus ⁊ non laborare cum bonis sibi cõmissis a dño dignum est vt dominus sibi econuerso recipiat bona cõmissa. Sicut dicit euangeliũ de isto seruo qui habuit vnum talentum ⁊ fuit piger ⁊ abscondit illud. Igitur fuit sibi ablatum ⁊ alteri datum. Si em̃ volumus vti gratia virtute ⁊ fortitudine quã iaz habemus tunc deus augmentat nobis istam gratiaz habitam sed si volumus negligẽter agere tunc deus aufert a nobis gratiam quã iam dedit. Unde scriptũ est. Maledictus homo qui facit opus dei negligenter. Ergo cum deus subtrahit tibi gratiam. tũc cogitare debes q̃ deus hoc facit ꝓpter tepiditatẽ ⁊ lassitudinem tuam. quia si alius talem gratiam habuisset multo feruẽtius deo seruiuisset. Septima ratio est ꝓpter peccata venialia a quibus se non cauet. Sunt em̃ peccata venialia sicut gutte aque. q̃ licet nõ possunt ignem totaliter extinguere charitatis tñ faciunt q̃ ignis non põt ita feruẽter ardere ⁊ ita vtuose operari. qz quicunq̃ debet sibi acquirere gr̃am ⁊ cõsolationẽ ac dulcedinem de qua hic loquimur oportet b fieri per magnos labores. Sed qz venialia impediũt q̃ homo non põt ita fortiter operari. ⁊ cõsequẽter propter venialia impedit hõ ne ad tantã dulcedinẽ quantat: ergo aïa debet esse sollicita nõ solum se cauere a peccatis mortalibus ꝛ etiã venialibus inq̃ntum põt. Etiã dulcedo gr̃e amittit quandoq̃ per immũdas et importunas cogitationes q̃bus hõ nõ tam cito resistit ꝛ in eisdẽ aliq̃liter delectat Eccs. x. Musce morientes perdũt suauitatẽ vnguẽti. Sed quertt an cogitationes q̃ homini incidũt cõtra voluntatẽ suã nocent. Respõdet q̃ nõ. signãter cum nõ delectat in eis dẽ nec dat eis consensum. Greg. Nõ est cogitatio tã immũda q̃ mentẽ polluat si ratio non consentit.

Quinta ratio est ꝓpter nimiã sollicitudinẽ ⁊ occupationẽ tpaliũ. vt cũ hõ se nimiuz occupat ⁊ sollicitat circa ista tpalia ⁊ mũdana. Sicut cõquerebat beatus Gre. in dyal. q̃ qñ fuit in monasterio abstract⁹ a secularib⁹ negocijs ⁊ liber in corde ab illis tũc magis fuit q̃etus in corde ⁊ pacificus cuz deo. ꝛ qñ fuit in officio cure pastoralis. s. qñ sublimatus fuit in papã Quia deus vult habere liberũ ⁊ mundũ cor ab oib⁹ curis ⁊ sollicitudinib⁹ mũdanis. vñ dicit q̃ ꝓpetam Ducã eũ in sollicitudinẽ ⁊ ibi loq̃r cũ eo. Ideo petit dauid dicẽs. Quis dabit mihi pẽnas sicut colũbe et volabo ⁊ requiescã. Mona causa ꝓpter b qz qñ q̃s q̃rit ꝓsolatioz ⁊ delectationẽ in istis detectationibus mũdi ⁊ ꝓsolationib⁹ creaturaꝝ tũc nõ põt hñe consolationẽ diuinã. quia sunt contraria. Bern̄. Delicata est consolatio diuina ⁊ non datur admittẽtibus alienam. Exemplũ huius habemus in tribus regib⁹ q̃s stella ab oriente ad dominũ perduxit. qui dum intrauerũt hierlm ⁊ q̃sierũt de rege iudeoꝝ vbi nat⁹ esset perdiderũt stellã. sup quo dicit Gre. q̃ dũ magi quesierunt cõsiliũ humanũ pdiderũt ꝓsiliũ diuinũ Quidã in isto mũdo volũt delectari in cibo ⁊ potu. ⁊ vestibus pciosis. in amicis in vxore. in filijs ⁊ in gaudijs mũdanis. ⁊ cũ h etiã q̃rũt ꝓsolationes diuinas in pñti sed decipiũt seipos. vñ Aug. v. ꝓfes. Gaudiũ diuine dulcedinis non degustas si carnali delectatio ne cor maculas. X Decima ratio est ꝓpter vitiã

reuelationē.s.qñ hō nūnis reuelat grāz sibi a deo da
tam ⁊ iactat se inaniter de bonis diuinis. Exēplū le-
gitur de quodā conuerso fratre qui post lōgos labo-
res.oīones ⁊ ieiunia meruit q in suscepti one venera
bilis sacramēti sensit inenarrabilē dulcedinē ⁊ dele-
ctationē in ore ⁊ in toto corpore suo.ita q ista dele-
ctatio ⁊ dulcedo fuit sibi super omnem humanā esti-
mationē ⁊ dulcedinē mundi. Qui veniens ad quen-
dā fratrū petiuit sibi dari osculum ab illo putans q
ille etiā deberet sentire illā dulcedinē. Tūc statim il-
la dulcedo euanuit: ⁊ postea nunq̄ eā habere potuit
Ergo quando hō sentit dulcedinē diuine gre tūc de-
bet se humiliare et deo in humilitate cordis grāru-
actiones referre. quia supbia ⁊ elatio spūalis est val-
de nociua. Vñ Isīd. de sum. bo. Nō te arroges. non
te iactes. non te insolenter extollas. nihil de te presu
mas. nihil bonī tibi tribuas. Vñ exemplū. Fuit qui-
dam frater in monasterio quodā multū verbosus. Et
semel accidit q loquebaī de nō sibi cōmissis. Tunc
abbas dixit sibi seriose. Vade ⁊ tace. Qui recedens
ab abbate. ⁊ corde suo imprimens ista verba abbatis
amplius in isto monasterio semper silentium renuit.
Et cū sic tacuit. tunc ab intra in spū tantū profecit q
deus quedā secreta sibi reuelauit. Et alij fratres mi-
rabanī de taciturnitate sua. Accidit aūt q quidā he-
remita in silua nō longe a monasterio infirmabatur.
Qui misit ad abbatem vt ad eum veniret ⁊ sibi eccle
siastica sacra porrigeret. Tunc abbas sumpsit illū ta
citurnū secum. ⁊ tuit cum sacris ad procurandū ⁊ cō-
candū illū heremitā. Et in via quidā latro audiēs cā
panā paruam secutus est eos vsq̄ ad cellam heremi-
te ⁊ mansit foris reputās se indignū q deberet intra
re cellam tam sancti viri. Sed postq̄ heremita cōfes
sus est ⁊ cōicauit. tunc latro stans ꝓpe ianuam cū hu
militate cordis sui dixit. O si essem talis q̄lis tu es.
Et heremita in elatione mentis ⁊ cōplacētia suiipsi-
us dixit. Hoc libēter deberes velle q esses talis qua
lis ego sum. Tūc frater ille taciturnus cepit flere ama
re. Et postq̄ abbas ⁊ frater ille recesserūt. tunc latro
iste a remotis cucurrit post eos ⁊ inuocauit deum vt
daret sibi contritionē veram ⁊ vite emendationē. q
iam ꝓponeret illi abbati ꝓfiteri ⁊ amplius nunq̄ pec
care velle. Et sic in veloci cursu ille cecidit ⁊ mortu⁹
est immediate. Quod videns ille frater cepit letāter
ridere. Sed postq̄ abbas cū isto fratre ad conuentū
rediit. quesiuit ab isto fratre quare sic taceret. Et rñ-
dit. Pater semel dixistis ad me. Vade ⁊ tace. Ab illo
die semper tacui nisi interrogatus fuissem. Tunc ab
bas dixit. Quare tu fleuisti cum illum sanctū heremi
tā cōicaui. ⁊ quare tu risisti cum ille malus latro post
nos cucurrit volens nos spoliare vel occidere. et sic
peccando in pctis suis obiit. Tunc frater ille respon
dit. Pater causa fletus mei fuit ista. q̄ cuz cōicastis
illum heremitam infirmū tunc latro stetit foris ianu
am dicēs ex humilitate cordis. O si essem talis q̄lis
tu es. Et heremita respōdit in elatione mētis. O pos-
ses libēter velle. ⁊ sic mortuus est dānatus ideo fleui
Sed latro q̄ post nos cucurrit habuit firmū ꝓpositū
cōfitendi. ⁊ nō spoliādi nos nec occidendi. ⁊ sic cur-
rens cecidit ⁊ obiit. ⁊ angeli aiaz eius rapuerūt ⁊ ad
celum cū gaudio deduxerūt. q̄ sua ꝓtritio fuit tanta
q̄ deleuit penā ⁊ culpam. ideo risi.

Ad idem festum.

Sermo. lxxiij.

De donis spiritussancti.

Repleti sunt omes spi-
ritusancto. Act. ij. Exquo iam istis sacris
diebus spiritussancti missio peragitur tūc
aliquid de donis spiritussancti pro presenti sermone
dicendum est. Unde sciendum q septem sunt dona
spūssancti. que ideo sunt septem quia per ea septez vi
cia capitalia expelluntur. Primum donū est
timor domini. de quo dicitur Eccī. j. Timor domini
initium sapientie. Quod donum cordi nostro adue-
niens multa bono nobis confert. Primo docet p̄te-
rita mala emendare. Eccli. j. Timor domini expellit
peccatum. Secundo docet bona operari. Eccli. xv.
Qui timet deum faciet bona. id est qui timet deuz ni
hil negligit. Tercio timor conseruat hoiem in bono.
Eccī. xxv. Si in timore domini nō tenueris te instan
ter cito subuertetur domus tua. Bern. in tractatu de
septem donis. Connexa quidem sunt timor ⁊ religio.
nec manere potest alterum sine altero. Bern. In ve
ritate nihil ita valet ad gratiam promerendam cōser
uandam ⁊ recuperandam q̄ si videaris non alta sape
re sed semper timere. Quarto timor domini miscōiaz
meretur. ps. Quō miseretur pater filiorum misertus
est dominus timētibus se. Quinto timor confert ho-
mini ꝓlongationem vite ⁊ tpalium ꝓsionē. Prouerb. x. Timor domini apponet dies. ps. Timete do
minū oēs sancti eius qm̄ nō est inopia timētibus eū
Sexto facit orationē exaudiri. ps. Voluntatē timen
tium se faciet ⁊ deprecationē eor exaudiet et saluos
faciet eos. Septimo gloriā eternā mereī. Prouerb.
xxviij. Beatus hō q̄ semper est pauidus. Eccī. xxv.
Beatus vir cui donatū est habere timorē dei. Greg.
Ubi timor nō est ibi salus nō erit. Hi sunt septē fru-
ctus quos cōfert donū timoris. quod est primū do-
nū spūssancti. Et hoc primū donum timoris expellit
primū petm̄ mortale. s. superbiam. Nā timor domini
hominē humiliat. supbia vo eleuat. Eccī. O dibilis ē
coram deo ⁊ hominibus supbia. Et quāto hō se hic ma
gis exaltat. tantomagis in futuro humiliabit. Luce.
xviij. Omnis q̄ se exaltat humiliabit. Ergo vt in fu-
turo exaltemur humiliemus nos hic coram deo in ti
more domini. j. Pet. v. Humiliamini sub potēti ma-
nu dei. vt vos exaltet in die visitationis. Bern. So-
la humilitas est q̄ exaltat. sola que ducit ad vitam.

Secundum donū est donū pietatis. Vñ sciendu
q triplex est pietas habēda. Prima ad deū. ⁊ ista de
bet esse in bona ꝓfidentia quā habere debem⁹ ad de-
um. Primo in temporali ꝓuisione. ps. Jacta cogita
tum tuum in domino ⁊ ipse te enutriet. Idem. Nunq̄
vidi iustum derelictum. Hec confidentia tollit ni-
miam ⁊ superfluam curam ⁊ sollicitudinem tempora
lium quam illi auari habent qui nunq̄ satiantur sed
semper timent sibi deficere ⁊ cum magna sollicitudi-
ne procurant sibi tpalia quasi semp deberēt viuere ⁊
forte in breui moriunī. Luce. xij. Stulte hac nocte re
petent aiam̄ tuā ꝛc. Contra quos xps dicit Mat-
thei. vj. Nolite sollicīti esse dicentes. quid manduca
bimus. aut quid bibemus. Nonne anima plus est q̄
esca. ⁊ corp⁹ plus est q̄ vestimentū. quasi diceret. Si

Vñ inuenit triplex trãſlatio facta de corpe. s. Stepha. Prima fuit de agro iuxta hir'lm. vbi primo ſepultus fuit et trãſlatus ad montẽ ſyon. Scõa de monte ſyon ad cõſtantinopolim in grecia. Et iſta translatio facta eſt tpe iuſtiniani imperatoris. q̃ cepit regnare anno dñi q̃ngenteſimo vicesimoq̃rto. et tunc tpis oſſa ſcī Stephani q̃dã nobilis dña ignorant transtulit de hier'lm in conſtãtinopolim putans ſe ducere oſſa ſui mariti. ꝯ demones in aere vllulabãt t clamabãt t ſanctũ Stephanũ ꝓdiderunt. Translatũ eſt aũt corpus ſcī Stephani romã tpe Pelagij pape. q̃. lxiij. pa. erat t ſedit quatuor annis. mẽſibus ſex. Nonũ puilegium addit. q; feſtũ ipſius hodie in vniuerſo mũdo ſolẽniter celebrat t in q̃libet miſſa q̃tidie nominat. O q̃magna iſta puilegia. Quantũ ad ſcõam partem iſtius ſermonis ꝓ nr̄a informatiõe eſt ſciendũ q; exemplo be. Stephani. debemus nr̄is inimicis indulgere. Ubi diceres. quõ quis tenet de neceſſitate ſaluris ſe ad inimicos habere. Ñ᷑r q primo tenet quis ex puro corde eis indulgere. ſic q; non velit ſe vindicare nec ỽbo nec facto. t q; non odiat inimicos nec optet eis malũ ex ira t ex rancore vt dicere poſſit cuz dauid in ꝑs. Si reddidi tribuẽtibus mihi mala tc̃. Sed q̃ ſic ſtant q; gaudent de infortunio. t dolent de ꝓſperitate inimicoꝝ ex rancore illi hñt corda dyabolica. quia ſil'es ſunt dyabolo qui dolet de bonis nr̄is. t gaudet de malis nr̄is. ſic t iſti rancoroſi faciũt. q̃ ſunt a deo maledicti. vt hr̄ Eſa. v. Ue q̃ dicitis bonũ malũ t malum bonũ. Scõo tenet q̃s indulgere t diligere inimicos ſuos. ſic q; nõ velit eos p alios vindicare. exemplo xpi cuius iniuriã cũ diſcipuli vindicare vellent. Ñ᷑dit repbendo illos Lu. ix. Neſcitis cuius ſpiritus eſtis. Unde ſi quis haberet filiũ vel fratrẽ vt cognatũ t nõ rogaret eũ nec iuberet vt ſe vindicaret. ſed ſolum ſcienter admitteret eternã dãnatiõz talis ſic icurreret. Apls. Digni ſunt morte nõ ſolũ q̃ pctã faciũt. ꝯ etiã q̃ conſentiũt faciẽtibus. Tercio tenet ſic indulgere t diligere quis inimicos. vt nec per deum velit eos ledi vel hic vel in futuro. Sed contra hoc faciũt qui ſuper inimicos ſuos vindictam a deo expoſcũt. Contra quos dicit beatus Gregorius. Iubet deus vt diligatur inimicus t tamen rogatur deus vt occidat inimicum. Subdit btus Gregorius. Quiſquis ſic orat ipſe ſuis precibus contra cõditorem pugnat. Ergo quicunq; optat vindictam a deo ſuper inimicos talis meretur q; ſibi eueniat illa vindicta ex vera dei iuſticia. Unde legitur Luce. vj. Eadem menſura qua menſi fueritis remetietur t vobis. Quarto tenetur quis diligere inimicos. vt eis cõmunia ſigna charitatis exhibeat ſeu oſtendat. que alijs hominibus cõmuniter conſueuit exhibere. ſicut loqui et ſaluare t reſpõdere. t ſic de alijs. Unde etiã cũ quis ex rancore non vult loqui cum inimico vel proximo

ñtecabiliter talis est in statu dānatiõis. Quinto tenet̃ qs indulgere z diligere inimicos suos sic q̃ habeat animũ ꝓparatũ ad subueniendũ ipsis in spẽali si in magna necessitate fuerint ꝓstituti. Vñ Prouer. xxv. Si esurierit inimicus tuus ciba illũ. Si sitit potũ da illi. z habebis mercedẽ a deo. Quantũ ad tertiã partẽ hui⁹ sermonis sciendũ est q̃ oẽs homines dñi festũ sancti Stephani solẽniter celebrare z deuote. z ipm tanq̃ singularẽ patronũ inuocare. qr põt oib⁹ inuocantib⁹ eũ subuenire. Primo infirmãtib⁹. Vñ in inuẽtione sui corpis septẽ infirmi curati sunt a diuersis languoribꝰ. Etiã q̃ patiunt dolorẽ oculoꝝ. Unde in eius legẽda legit̃ q̃ flores sup altare bti Stephani ponebant z inde allati z in oculis cuiusdam cecę mulieris positi ꝑ vtutẽ istoꝝ florꝝ z meritis sancti Stephani illuminata est. Etiã panni de altari eius sumpti z sup egros positi multis extiterunt in medelam. Etiã hꝫ potestatẽ sup mortẽ. Nã sicut refert be. Augusti. in li. de ciuitate dei. sex mortui meritis suis sũt resuscitati. vñ in eo. li. legit̃ q̃ cũ q̃dã mulier esset defuncta tunicã illius ad ecclesiã bti Stephani deportauerũt. q̃ cũ sup defuncti corpus esset ꝓiecta. ptin⁹ illa surrexit a morte. Idẽ qꝫ ait ibidẽ. q̃ cũ corp⁹ cuiusdã defuncti inunctũ fuisset oleo in noie sci Stephani bñdicto mox ille surrexit. Etiã hꝫ ptãtẽ sup sterilitatẽ terre. Nã cũ q̃dã tpe in mũdo esset magna sterilitas caristia z penuria. meritis sancti Stephani in magna pluuia descẽdit z terrã fecũdauit z abũdãtia fruit subsecuta magna. Etiã hꝫ ptãtem subueniẽdi hoibus in periculo maris exñtibus. Vñ cũ q̃dã tpe demones tẽpestatẽ suscitassent in mari z naute periclitari timerẽt. inuocabãt btm̃ Stephanũ z ipe apparuit eis di. Ego sum nolite timere. z sic facta est trãq̃llitas magna. z cũ salute periculũ euaserũt. Etiã põt obsessis subuenire. vñ legit̃ cũ filia Theodosij imperatoris a demone esset obsessa. demon in ea clamabat voce magna di. Nisi Stephanus romã veniat nõ exibo qr sic est volũtas apl̃oꝝ. z cũ ad romã corp⁹ sancti Stephani esset delatũ. puella illa mox a demonio est liberata. Itẽ in discipulo de tpe duo ꝓmones de sctõ Stephano. quõ nouẽ generib⁹ hoim celũ aptũ est. cũ duob⁹ exẽplis. s. quõ mr̃ vna maledixit decẽ pueris suis. Quere in discipulo de tpe ser. xiij. z xiiij.

Sermo viij
De sancto Johanne Euangelista.

Hic est discipulus ille quẽ diligebat iesus. Ita scribit Job. xxj. z in instãtis festiuitatis euãgelio. Sup quibus ꝟbis ad honorẽ dei z sancti Johannis apl̃i z euãgel̃. Primo de priuilegijs sancti Johannis apl̃i z euãgel̃. Secõ aliq̃ ꝓ informatõe simplicium. Tercio aliq̃ miracula ꝓ nr̃a ꝓsolatione. Quãtũ ad ꝓmũ sciendũ q̃ sctũs Johes apl̃s hꝫ multa ꝓuilegia q̃ a nobis diligẽter sunt ꝓsiderãda ad honorẽ amatoris sui. s. dei. Primũ ꝓuilegiũ est ꝓfunda sapia. Nã ceteri euãgeliste ẽvsati sunt circa humanitatẽ xp̃i. Sed be. Io. circa eius diuinitatẽ q̃n dixit. In ꝓncipio erat ꝟbũ. Joh. j. vñ Beda. Si be. Joh. aliq̃tulũ volasset altius. totus mũdus cũ cape nõ potuisset. Vñ de eo canit̃. Volat auis sine meta q̃ nec vates nec ꝓpheta euolauit altius. Tam implenda q̃ impleta nunq̃ vidit tot secreta purus hõ purꝰ. Nõ em̃ Joh. altius potuit ascẽdere in deũ nisi ꝓtus fieret deus. Et hãc sapiaz ꝓfundam de ipo dñici pectoris fonte potauit. q̃n in cena sup pectus dñi recubuit

Secõm fuit q̃ ipe virginitatẽ suaz seruauit. fuit em̃ vgo corpe z mẽte. Terciũ ꝓuilegiũ q̃ xp̃s ipsum spãliter dilexit. Vñ ꝓmeruit vocari discipul⁹ ille quẽ diligebat Jhs. q̃uis em̃ xp̃s oẽs apl̃os suos dilexit spãlius tñ Johem. qr in sua iuuẽtute ad xp̃m cõuersus fuit qr iunior fuit inter ceteros apl̃os. Treſi. iij. Bonũ est viro cũ portauerit iugũ dñi ab adolescentia sua. Quartũ ꝓuilegiũ. qr ad oia secreta sua euz admisit xp̃s. sic ad puelle resuscitatoz. vt hr̃ Mar. v Et etiã ad suã gl̃iosam trãsfiguratoz in monte tabor Mat. xvij. Quintũ q̃ xp̃s mr̃em suã sibi recõmẽdauit. Xp̃s nãq̃ in hac vita quinq̃ habuit q̃ cõmisit. Primo corpus suũ cõmẽdauit Nicodemo z ioseph ab arimathia. Secõ alam patri. Tercio substantiaz tpalez iude. Quarto ecclesiã sanctã Petro. Quinto matrẽ cõmisit Johãni. Fecit nãq̃ xp̃s Johannem fratrẽ suũ qñ dixit. Mulier ecce filius tuus. In hoc q̃ dixit filius fecit eũ ꝓfrem suũ. Deinde dixit discipulo. ecce mr̃ tua. Et ex illa hora accepit eã discipl̃s in suã. s. custodiã. Sextũ ꝓuilegiũ qr maiorẽ familiaritatẽ ei ostẽdit cui⁹ ꝓcipua causa familiaritatis fuit. qr Johes ꝓpter amorẽ iesu xp̃i omnẽ amorẽ terre nox deseruit qr oia tpalia ꝓpter xp̃m dereliqt. Etiaz amorẽ paternũ. qr parẽtes suos ꝓpter xp̃m reliquit. Insup amorẽ carnalem. Nã vt dicit Iero. Xp̃s de nuptijs Jobem volentẽ nubere vocauit. z sic in virginitate carnis pseuerauit. Septimũ ꝓuilegiũ est qr xp̃s ꝓditorem suuz Johãni reuelauit. Annuit em̃ sibi petrus q̃ a xp̃o quereret q̃s esset eum traditur⁹. z ipe xp̃s Johãni reuelauit di. Cui intinctũ panem porrexero ipse est qui me tradet. Nã si Petrus ꝓditorẽ dñi sciuisset ipm̃ ꝓtinus trucidasset. aut ipm̃ etiam dentibus lantasset. Octauũ ꝓuilegiũ. qr btus Jobes hꝫ dignitates oiuz sanctoꝝ. Est em̃ apl̃us in epl̃is. Euãgelista in euãgelijs. Prophęta in apocal̃ vbi plura scribit q̃ adhuc futura sũt. Martyr fuit inquantũ cũ alijs apl̃is fuit flagellatus. vt hr̃ Act. v. z etiã in oleo rome adustus iuxta portã latinã. Cõfessor z doctor ecclesie. qr vsq̃ ad mortẽ fidẽ catholicaz constãter ꝓdicauit. virgo fuit mẽte z corpe. Nonũ priuilegiuz qr diutius oibus apl̃is vixit in hac vita. Vñ in cronica Helynãdi scribit̃ q̃ Joh. apl̃s z euã. tpe domiciani imperatoris fuit relegatus in insulam pathmos per annum integrũ z ibi scripsit Apocalipsim. Et idem impator domicianus post vnum annum z quinq̃ mẽses crudeliter interfectus est: qr romanis multa mala intulerat z cõsobrinos suos ꝓprios interfecit z statuam aurẽa nomine suo in capitolio suo ꝓcepit adorari. Et post hunc regnauit Nerua senex vno anno z mensibus quatuor. Hic omnes exules reuocauit. Et sic Joh. de exilio pathmos reuersus rogatus ab epis asie euãgelium scripsit. z sedens absq̃ tecto in ventro. sed ad preces eius in eodẽ loco nec pluuie nec venti aut turbines aut chorusca-
tiones aut tonitrua vsq̃ in hodiernum diem vnq̃ descenderunt. Nerua cesar obijt anno dñi. xcix. Post hunc regnauit traianus impator genere hyspan⁹ anno dñi. c. Et regnauit annis xix. mensibus. vj. An-

no trayant ꝑ Jobes euangek. migrauit ad celū. viij. kal. Julij. vbi natiuitas Iobis bapti. celebrak. Et sic vno eodēq; die est amboꝝ solennitas. licet in medio transierūt centū annt. Decimū ꝓllegiū. qz vitā eiꝰ xps in pace finiri voluit. Jō dixit. Hic cū volo manere donec veniā. Undecimū q xps ad ipm morientē cū oibus apl̄is suis venit. Apparuit em sibi dominus cū discipulis suis dr. Veni dilecte mi. qz tōus est vt epuleris in cōuiuio meo cum fribus tuis. Burgēs aūt Iobes cepit ire. Cui dns dixit. Nūca die ad me venies. Veniente aūt nūca die venit vniuersus ppl̄s ad ecclesiā que suo nomine erat fabricata. Qui primo galloꝝ cantu p̄dicauit illis hortās eos vt in fide essent stabiles. t in mādatis dei feruētes. Et post hec foueā fieri fecit iuxta altare descendēsq; in eā expānis manibus ad deum dixit. Inuitatus ad cōuiuium tuum dne Jesu xpe. ecce venio. gratias ago tibi dne. quia dignatꝰ es me ad tuas epulas inuitare. sciens q ex toto corde desiderauit te. Cunq; oratione cōpleuisset tanta lux sup eū emicuit q nullus in euz respicere potuit. Recedente aūt lumine fouea plena manna inuenit. qđ in loco illo vsq; hodie generatur. ita vt in fundo fouee ad instar minute arene scaturire videat sicut in fontibus fieri cōsueuit. Duodecimū ꝓllegiū. q quidā dicunt q tam sit in celo cum corpore t anima. qđ cōuenire dicunt dei liberalitati t dignitati Jobis. Deus em sibi liberalis fuit. quia corpus eius custodiuit ne corruptioni subiaceret. ne oleuz feruens adureret. ne venenū ei noceret. ne gladio desineret ne mortis dolorē sentiret. Si ergo xps corpori eius tam liberalis fuit in mundo. nec debz minus liberalis esse in celo. Si ergo aliox apostoloruz corpora honorantur in terris manifestum est q corpus bti Jobis etiā debuit honorari qđ tante dignitatis excellentia fuit prediturz. Postq; autē ei nullus honor exhibeā in terris. cōueniens est vt honorē in celis vt corpus eius corpori xpi t mīis eius societatē faciat in celis. Tredecimū ꝓllegiū eius. qz hodie festū ipsius solēniter in vniuerso mundo celebratur. t etiā in qualibet missa singulariter nominat. O q̄ gloriosum est nomē Jobānis in q̄ est gratia dei.

Decimūquartū t vltimū ꝓllegiū. qz ipe cōposuit secundū articulū fidei di. Et in Jesuz xp̄m filiū eiꝰ vnicū dnm nr̄m. Credere em tenemur q iesus xps ē vnigenitus t verus filius dei. Et q fuit cū p̄e eternaliter. t q est alia psona a p̄e. t q est vnius nature t sube cū p̄e. t q est p̄i coeq̄lis t coeternꝰ Job. x. Ego t paterunū sumus. Im formā dei. t p̄i maior me est. s. Im humanitatis formā. Quantū ad secundā partē istius sermo. p nr̄a informatōne est sciendū q san. Job. apl̄s vt testat Hiero. cū vsq; ad vltimā senectutē deuenisset. t iā esset. xcix. annoꝝ. t iam post passionē xp̄i. lxvij. annis p̄dicasset. t vix inter discipuloꝝ manus ad ecclesiam deportarē. nec pluraverba dicere posset. ad quālibet pausaz h̄ verba dicebat eis. filioli diligite alterutrū. Tandē frēs q̄ cū eo erāt admirātes q semp eadē v̄ba diceret. dicebāt ei. Magister q̄re h̄ v̄ba sp loq̄ris. q̄ rūdit. qz p̄ceptū dn̄i est. t si h̄ solū fiat tūc sufficit ad vitā eternā. q̄ sequamur doctrinā. s. Job. t diligamus deū t nos inuicē sicut xps dilexit nos. Hi q̄ritur q̄ requrunt ad charitatē vt sit nobis sufficiēs ad salutē. cū nemo sine charitate saluet. Rūdet q tria. Primo q hō dimittat omne peccatū mortale ad minus pro dilectione dei. vñ ps. xcvj. Qui diligitis dn̄m odite malū. Qui em nō odit malū non habet verā dilectionē ad deū q̄ simulatā. Si ergo dicis hoc vel illud dimittere nequo. Rūdet q in h̄ adhuc nō habes verā dilectionē dei. si em vnā guttā vere dilectionis haberes totū mundū si p̄ ciperet deus dimitteres. qz dicit Augu. Una gutta charitatis est maior occeano. Secūdo est necessariū vt ob eius dilectōz pro ꝓpter̄tu sibi illato p̄ p̄cm aliquē honorē sibi exhibeas per aliq̄ bona opa t pniaz aliter dilectio tua nō sufficit nec v̄a est. vñ ps. xxxiij. Declina a malo t fac bo. qz nō sufficit mala dimittere. h̄ oportet bona opari. Tūñ Gre. Probatio dilectionis exhibitio est opis. Mā cū q̄libet dns terren⁹ q̄ est ꝓpter̄tus t offensus velit vt sibi aliq̄s honor in re cōpēsam exhibeat. sic ipe dns nr̄ Jesus xps cum sit dns dnoꝝ sir vult. Hz sūt q̄dā q̄ p oīa ꝓpter̄tu et p oībus pctis suis nō solū magnā satisfactionē vl̄ gloriā sibi exhibere volūt. imo nec vnā verā ꝓtritionem sibi dare volūt. Nā illam gl̄iosus deꝰ acceptaret vbi aliā habere nō posset. Im illud ps. l. Cor ꝓtrit̄ t humiliatū deꝰ nō despt. Date h̄ bāc. si non vultis vt illi sci magni p dilectōe eius morē pati mundū relinq̄re. ois p̄ vō dare. saltē h̄ mīmū tribuite t p illo sanabit oia vulnera animarū vestrarū. Hiere. xxx. Ego vulneribo tuis sanabo te. Itē ꝓp̄ba in ps. Qui sanat ꝓtrit. cor. t alli. ꝓtriti. cor. ps. cxvj. Matth. v. Beati q̄ lugēt q̄m ipsi cōso. Hz q nūc nō tm̄ dare volūt p eius dilectione vos iudicate si illū v̄e diligunt vel nō. Tercio q p eius dilectōe ad ꝓximū habeas fraternā charitatem vt ei bonū appetas. t quicq̄d vis ab eo supportari hoc sibi nō facias h̄ si eū lesisti in fama vel in rebus vt satisfacias. Et si te in altq̄ leserit vel offenderit. hoc ei ex toto corde indulgeas. aliter p̄o nō vere diligis. Nūñ Apl̄s. Si distribuero omēs facultates meas in cibos pauerū. charitatē aūt non habuero factus sum sicut es sonans. j. Jobis iij. Qui non diligit fratrē manet in morte. Et hec ē charitas sufficiens et ducit ad gloriam eternam. Sed quantū ad terciam partem huius sermonis est sciendum q hodie omnes homines debent festum sancti Job. cuā. solenniter celebrare t ipsum deuote inuocare. Primo infirmi t obsessi. Unde legitur de eo q tactu vestimenti sui infirmi curati sunt. t demones ab obsessis expulsi. Etiam habet potestatem super mortem. Unde de eo legitur. q cum de exilio patrbus reuocatus esset t epbesum intraret. Druſiana eiꝰ dilectrix que suum aduentum plurimum desiderauerat mortua efferebatur. Tunc secretum tulit deponi dicēs. Dominus noster Jesus christus suscitet te Druſiana. Surge t vade in domuz tuam t prepara mihi refectionem. Tunc statim illa surrexit t cum eo ciuitatem reintrauit. Et iam filiam cuiusdam vidue que celebratis nuptijs post trigintā dies obijt. sanctus Johannes a morte suscitauit. Et post mortem potest oībus hominibus subuenire. nam ipse liberauit aiam cuiusdam a purgatorio. Sed queriē quare hodie homines bibunt in amore sancti Jobis. Respondetur q ipe sanctus Jobes cū signo crucis venenū bibit t nullam lesionem incurrit. t cū eodēveneno duo in pistis Job. t totius ppli fuerūt interēpti t ipe sōs

Johānes tunicā suā tribuit aristodemo pontifici dicens ei. Vade ⁊ mitte eā super corpora defunctorū dicēs. Apūs xpi misit me ad vos vt in xpi noie exurgatis: qō cū feciſſet aristodem⁹: illico surrexerunt. Etiā brūs Johānes siluestres frondiū vgas in aurū cōmutauit ⁊ littorū saxa in gēmas pciosas mutauit. Etiā nota aliū sermonē de sancto Jobe: ⁊ vtuz iesus plus dilexit Petrū q̄ Johānē. quere in discipulo de tpe: cū miraculo ⁊ exemplo. sermone. xv.

De Innocentibus. Sermo ix.

Mittens herodes occidit oēs pueros q̄ erant in bethleem ⁊ in oibus finibus eius. Mat. ij. Exquo hodie pagit festū pueroz innocentū q̄ ab iniquo herode interfecti sunt. tunc in p̄senti sermone tria sunt dicenda. Primo de solennitate p̄ntis festiuitatis. Scōo quō parētes se habere debent ad pueros suos. Tercio exemplū. Circa primū sciendū q̄ festum innocentū ⁊ eoz martyriū est solenniter pagendū p xpo iesu post eius naciuitatē martyrisati sunt. q̄ nominant flores martyrū in sacra scptura. Scōo p pter numerū ip̄oz. q: tot sunt q̄ nūerus eorū incertus est. ꝫ eccl̄ia pagit numerū eorū ſm visionē quaz vidit Johānes. vt hī Apoc. xiij. Vidi agnū stantē supra montē syon ⁊ cū eo centū q̄dragintaquattuor milia hītes nomē ei⁹ ⁊ nomē p̄is ei⁹ scriptū in frōtibus eoz. Nō si laus vni⁹ sancti vel vni⁹ angeli vl vnius hois est accepta ⁊ laudabilis coraz deo. quid tūc laus tot sanctoz innocētū. Etiā si deus exaudit p̄ces vnius sancti vel hois vel maxie duoz vel triū cōgregatoz in noie ei⁹. q̄d tūc vbi tot sancti sil̄ sunt cōgregati. Etiā si vnus sanctus est venerādus non ne tunc tot milia sanctoz sunt venerandi. Nūq̄ eīm in anno tot sctōz festū pagit̄ p̄ter festū oīm sctōrum sicut hodierna die pagit̄. Tercio ꝓpter locū: quia in bethleem occisi sunt. vbi xp̄us est natus. q̄ in verbis p̄dictis dictū est. Mittens herodes occidit oēs pueros in bethleem ⁊ in oibus finibus ei⁹. Ubi sciē dū ſm glo. q̄ occisio pueroz innocentū facta ē post annū ⁊ tres dies post natiuitatē xp̄i. Distulit autez herodes ꝓpter morā cōtractā. Fuit eīm rome a cesare citatus. ⁊ sic fere p annū fuit impeditus in petitionibus cesaris. Et tūc ꝓphetia impleta est. Rachel plorās filios suos. Hiere. xxxj. Sz di. quare rachel ⁊ nō iacob plorauit. Rūdetur q̄ matres sunt magis passibiles ⁊ maioris pietatis ſm Gresto. ergo plus cōpatiunt pueris ⁊ ḋa plus diligunt pueros q̄ plus dolent de aduersitatibus puerorū. Vñ notandū q̄ euangeliū hodiernū notāter dicit ploratus quo ad paulos. ⁊ vlulatus quo ad matres. vñ Chyſ. in sermone hodierno. Paruuli ploraba̅t eo q̄ a matribus sepabant̄. Matres vo vlulaba̅t. eo q̄ a filijs desolabant̄. vñ Grego. in sermo. p̄ntis festiuitatis dicit. q̄ martyres in lacrimis baptisati sunt. ⁊ sil̄iter matres in lacrimis. sicut filij in sanguine eorū. ⁊ matres nō carebūt martyrij gaudio. q: in martyrio pueroz matres passi sunt. Nam gladius ꝓtransiens puerorum membra. corda matrū penetrauit ⁊ ad intima puenit. vñ Chyſ. Maior erat dolor in matribus remanentib⁹ q̄ in paruulis morientib⁹. Et ſm san. Tho. ꝓpter istū ploratū ecclesia deponit hodie quedā signa leticie: vt Alleluia. Gloria in excelsis deo in missa. ⁊ Te deū laudam⁹ in matutinis. Circa secundā partē istius ser. est sciendū q̄ parētes tenent tria pueris suis si volūt cū ipsis mereri vitā eternā.

Primū est q̄ debent eos inducere ⁊ informare vt offerāt deo innocentiā ⁊ puritatē suā cum ipsis pueris innocētibus qui hodie sanguinē suū ꝓpter xp̄m fuderunt. Et hoc est pueris multū vtile ⁊ deo valde acceptum. quādo pueri a iuuētute deo incipiunt seruire. quia ipsi deo propināt vinū purū. i. iuuentutez suam floridā. Sed senes peccatores q̄ in senio se ad deū cōuertūt ⁊ penitētiam agunt offerūt deo feces. Sed tamē deus eorū feces nō spernit ex sua misericordia ⁊ bonitate. Vñ parētes debent docere suos pueros Pater noster Aue maria. Symboluz fidei. Decē p̄cepta: ⁊ vt deū diligāt ⁊ ei fideliter seruiāt orādo ieiunādo eccl̄esias visitādo: missas ⁊ sermōes audiēdo. ⁊ hoc erit eis multū vtile. q: semp postmodū sunt plus inclinati ad seruiēdū deo. Scōm q̄ tenent parētes filijs ē q̄ tenent̄ eos corrigere. q: nō sufficit q̄ informāt eos in bonis. sed oportet eos corrigere si excedūt. q: omia peccata que cōmittūt sub obedientia pentū. de his parētes respōdebūt in die nouissimo. ergo hic aduertite parētes: q: etiā si sctē vite estis. tū ꝓpter pueros vīos dānari poterit̄. verbi gra. Si pater ⁊ mater nūq̄ peccassent mortaliter ⁊ p̄mittūt filiū vel filiā mortaliter peccare: ⁊ eos nō corrigūt. sed tacēdo cōsentiūt. ⁊ si sic sine pnia moriunt̄ eternaliter cū suis pueris damnātur. Ro. j. Digni sunt morte nō solū faciētes ꝫ ⁊ cōsentiētes. Vñ in decre. dicit̄. Pari pena puniēdi sunt faciētes ⁊ cōsentiēies. xvij. q. iij. oēs. Sz di. quō corrigēdi sunt filij. Rūdetur si sunt filij probi ⁊ ex fragilitate q̄q̄ delinquūt. tales pueri cū benignitate sunt corrigendi. Si aūt sunt proteruí ⁊ correctio dulcis nō ꝓficit tūc corrigēdi sunt aspera vga. Prouer. xxiij. Noli a puero sb̄trahere disciplinā si eū pcusser̄ cū vga nō morie̅t. ⁊ aiam ei⁹ de inferno liberabis. Ergo q̄n audis puerū tuū iurare p deū mēdaciter aut blasphemare deū aut maledicere ꝓximo aut vides mala ꝓximo tuo inferre aut cū superbia chorisare: aut festa aut ieiunia ecclesie frangere: alijs pueris maledicere: detrahere: furari: abiurare verbis vel fact̄: molestare. aquas balneādo intrare. ⁊ sic de singulis. tunc tu tener̄ eū corrigere Sz heu sunt alīq̄ parētes q̄ ex inordinato amore pueros suos corrigere nolūt nec volūt q̄ alīq̄s corrigat ipsos: ⁊ sic puerſos educāt. et tales parētes pueros suos plus odiūt q̄ diligāt. vñ Prouer. xiij. Qui pcit virge odit filiū suū. Etiā fūt alīq̄ gentes q̄ pueros suos pedib⁹ calcāt vl trucidāt ⁊ cū manibus ad capita pcutiūt. ⁊ sic eos infatuāt. Etiā alīq̄ sunt q̄ pueris suis maledicūt. Exemplū de hoc in Cesario de puero illo quē demones cū corpe abstulerūt ꝓpter maledictionē pentū q̄ amplius illū puerū nunq̄ viderūt. ⁊ ꝫ p̄misit de⁹ in terrorē alioz pentū ne puer̄ suis sic maledicant. ꝫ potius cū aspera vga corrigāt. Tercio q̄ gentes nō dīt relinq̄re res iniuste acq̄sitas pueris suis. q: melius est modicū iusto sup diuitias pctōz multas. Sz ꝫ hoc faciunt aliqui qui tam inordinatū amorē habēt ad pueros suos quādo bene cognoscūt q̄ possident in

iustas res ħñ nolūt eas restituere ne filij depauperē-
tur. ⁊ sic seipos ⁊ pueros dānant eternaliter. Etiam
sciendū q filij cōquerunt de talib⁹ pentibus tanc̄
de suis occisoribus. Nā ꝺt denarios eis scient relin
quūt de iniustis rebus. q̄si tot gladijs pueros suos
trāsfigūt. Nā heredes q̄ iniustas res scient possidēt
dānant cū pentibus. Eccl̄i.xlj. De pīe impio cōque-
runt filij qm̄ ꝓpter ipm̄ sunt in obprobriū dei. Nuā-
tū ad terciā ptē isti⁹ fmo. nota exm̄. Legit q ꝺdā pa
rētes habuerūt vnicā filiā q̄ exēplo matris deuote
deo ⁊ marie ỽgini seruiuit ⁊ in ỽginitate firmiter p
manere ꝓposuit. Pat aūt iussit mīez vt filiā ornaret
pulcris vestib⁹. Pat aūt plus timēs maritū c̄ deū
crines filie sue ornauit ⁊ eā vestiuit pōpose. Tūc an
gelus dñi marri appuit dicēs ei. Quia plus timuisti
virū c̄ deū ornando filiā ⁊ abstraxisti eā xp̄o ⁊ apta
sti eā mūdo. ꝓptēa infra q̄tuor ebdomadas morieris
⁊ dānaber̄ nisi infra illud penituer̄. ⁊ insup oēs pu
eri tui morient infra illud tp̄s. ⁊ i penā man⁹tue q̄b⁹
filie tue adornasti tā arescent. Nō totū sic factū est.
Sed ipa pniam egit. Et sic ipa ⁊ pueri mortui sunt
vt dictū est ab angelo. Ex q̄ exēplo p3 q pentes p̄nt
dānari ꝓpter pueros. etiā p̄nt mereri cū pueris vitā
eternā. q3 oēs labores q̄s habēt cū pueris ipsis edu
cādo deus remūerabit. vñ Ro. viij. Scim⁹ qm̄ dili-
gentib⁹ deū oia coopant in bonū. Et fm Aug. Nul
lū bonū irremuneratū: ⁊ nullū malū impunitum.

Itē aliū fmonē de innocētib⁹. ſ. de pentib⁹ q̄ occi
dūt pueros spūaliter: sic herodes occidit innocētes
pueros corpaliter. Quere in ꝓcessu de tpe ser. xvj.

De cōuersione sancti Pauli Sermo. x.

Saule saule quid me p
sequeris. Ita scribit Act̄. ix. Circa hodier-
nū festū tria sunt dicēda ad laudē ⁊ gloriaz
sancti Pauli apli. Primo quare cōuersio sancti
pauli celebrat. Scōo quedā p3o informatione sim-
pliciū. Tercio aliqua miracula p3o cōsolatiōe nr̄a.

Quātum ad primū sciendū q cōuersio sancti pau
li celebrat p̄ omibus alijs sanctis ꝓpter tria. Pri-
mo ꝓpter exemplū vt nullus pct̄or desperet q̄ntum
cūc̄ magnus existat. Nā xp̄s pcutori gr̄am dedit
in signū q nulli vult denegare gr̄am ⁊ miscōiam su-
am. vñ ps. l. Cor cōtritū ⁊ hūliatū nō. Nullus enim
pct̄or ꝺz desperare etiā si multa pcta ⁊ magna cōmi
sit. Quia fm btm̄ Bern̄. Maior est dei pietas c̄ q̄-
uis iniq̄tas. Aliq̄ em̄ q̄ de iniusticia audiunt p̄dica
re tūc statim volūt desperare. Nō sic impij nō sic. ſ
cōfidete. q3 deus nō vult morte pct̄oris. ſ magis vt
cōuertat ⁊ viuat. vñ Ezech. xviij. In q̄cunc̄ ho. in-
gemu. pct̄or ⁊c̄. Scōo ꝓpter gaudiū: q3 sicut etiā
sustinuit tristiciā in pcutiōe eius. sic etiā ecōuerso
acq̄siuit sibi leticiā in eius mirabili cōuersione. q3 si
cut erat p3ius pcutor crudelis eccl̄ie sic postmodū
factus est fundator ⁊ lumē totius eccl̄ie. q3 p̄ ceteris
apostolis plus laborauit p̄dicando in vniuerso mū-
do. Vñ hodie in collecta dicimus in missa. Deus q̄ vni
uersum mundū btī pauli apli p̄dicatione docuisti.
da nobis q̄sum⁹: vt q̄ hodie eius cōuersionē colim⁹
p eius ad te exēpla gradiamur. Tercio ꝓpter mi-
raculū q̄ factū est in ei⁹ cōuersiōe. Nā eius cōuer-
sio facta est p lucē refulgentē. ⁊ eadē lux fuit inmē-
sa ⁊ circūfulsit eū circūquaq̄: sicut p3z in epla hodi
erna q̄ cōuersus est miraculose. Dic tertium eple.

Insup sciendū q sctūs paulus h3 nouē p̄uilegia.
Primū p̄uilegiū est q dñs vocauit eū ad dignita
tē apl̄atus ⁊ mirabili⁹ c̄ alij apli est vocatus. Cete-
ros em̄ apl̄os oēs xp̄s vocauit adhuc existēs hic in
mūdo. ſ sctūs paulū vocauit de celo. Vñ ps. cj. Dñs
de celo in terrā ꝓspexit. Nō aūt xp̄us paulū de celo
vocauit. ad innuendū q esse deberet totus angelic⁹
totus celicus. ⁊ tot⁹ deiformis. Etiā ceteros apl̄os
vocauit solo verbo dī. Venite post me faciā vos fie
ri piscatores hoīm. Matb. iiij. Sed paulus vocauit
p lucē immensam q3 circūfulsit eū lux de celo. Se
cundū p̄uilegiū. q3 ipse fuit p̄mus in p̄dicatione: c̄
uis vltim⁹ in vocatiōe. Predicauit aūt sapient⁹ cūc
ctis ⁊ infatigabiliter grecis barbar̄ romanis. ⁊ oi-
bus nationibus mūdi. Terciū p̄uilegiū. q fuit ra
ptus i terciū celū vbi totū mysteriū dñice incarnatio
nis in triduo fue excecatiōis edoct⁹ fuit. Gal. j. Mo
tū vob facio euāgeliū q̄ euāgelisatū est a me. q3 nō
fm hoiem didici. ſ p reuelatiōez ihesu xp̄i. Quar-
tū p̄uilegiū. q3 sil̄is est angelis qui sunt nūcij ⁊ ipse
paulus nūcius xp̄i fuit. q3 nomē xp̄i toti mūdo nū-
ciauit. Sz dī. quō sctūs paulus nomē xp̄i portauit
Ñdeē q portauit nomē xp̄i in corde p fidē. In ma
nibus p opationē. In ore p predicationē assiduam.
Vnde illud benedictū nomē Ihesus intm̄ dilexit vt
ipm̄ q̄ngentis vicib⁹ in epl̄is suis noiauit. Etiā illud
venerabile nomen ihesus intm̄ dilexit vt etiā post de
collationē suā in ore habuit resonādo ter. Ihesus ih-
sus ihesus. Cū em̄ ad locū sue passionis vsus orientē
manib⁹ extensis cū lacrymis orauit ⁊ deo gr̄as egit
post hoc valedicēs fribus suis, vtrūc̄ genu in terrā
fixit. collū suū extēdit. ⁊ sic rome decollatus est. Et
mox caput ei⁹ a corpe saliens. nomē ihesus clara voce
intonuit. ⁊ vbicunc̄ caput ei⁹ exiliuit mox fons eru
pit. q̄ hodierno tpe manifestū est. Quintū p̄uile-
giū est. q3 sil̄is est martyrib⁹. q3 post suā cōuersionē
multas pcutiones est passus. quas Hylarius enu
merat breuiter dicens. Paulus apostolus in philip
pi carcere ponit̄. virgis ceditur. ⁊ ligno pedibus affi
gitur. in listris lapidatur. in yconio ab iniquis perse
quitur. in epheso feris datur. in damasco in sporta p
murum deponitur. in hierusalem a iudeis capit̄. sisti
tur cedit̄ ligatur ⁊ insidiatur. In cesarea claudit̄ cri
minatur nauigans. in ytaliam periculo dirigit̄. Ro-
mam veniens sub Nerome imperatore iudicat̄ occi
ditur ⁊ finitur. Sextum p̄uilegiū q sanctus pau
lus similis est confessoribus quorum perfectio fuit
q terrena despiciebant: p3o inimicis orabant: ⁊ alio
rum mala deflebant. ⁊ asperam vitam ducebant. Et
istas perfectiones omnes cōstat fuisse in sancto pau
lo. Ipse em̄ terrena despexit ⁊ p3o inimicis orauit
⁊ eos singulariter dilexit. Etiam aliorū mala defle-
bat insup asperā vitā duxit. quia in fame ⁊ siti. in la-
bore ⁊ erūna in vigilijs multis in frigore ⁊ nuditate
corpis ⁊ ieiunijs multis. ⁊ sic de alijs. Septimum
p̄uilegiū. q3 ipse sil̄is erat ỽginibus. q3 virgo fuit
an̄ cōuersionē suā ꝓpter superbiā. Sed post cōuersio-
nē ꝓpter ihesum xp̄m virgo p̄manſit. In signū huius
quādo decapitat⁹ fuit. tūc lac p3o sanguine de cor-
pore ei⁹ effluxit. Sicut etiā legit̄ de sctā katherina

que etiã fuit specialis sponsa xpi. Deckauũ pulegi um q in oibus missis bis noiat qõ de multis non legit. Nonũ t vltimũ q hodie festũ eius cõuersionis p totũ mundũ celebrat. Quum vo ad scõam pte istius fmonis ẽ notandũ q qlibet pctor cũ sctõ paulo dz se ad deũ cõuertere. qr paratus est sibi sua pcta indulgere. qõ oñditur i hoc q quattuor modis dicit ad peccatorẽ reuertere. vt hz Cant. vj. Reuertere reuertere sunamitis. reuertere reuertere vt intuea mur te. Primo eñ dñi reuertere ad honorẽ sctorũz angelor. q cõuersionẽ tuã a pctis valde desiderant. Oõ si feceris in morte tua oibus amicis tuis absce dẽtibus ipi angeli tibi appopinquãt. immo etiã qñ sancti aliq pro aia cũ angelis veniũt. vñ. b. Greg. Interdũ cõtingit iustis. vt in morte sctor pcedenti um visiones aspiciãt. ne mortẽ sue sniam primescãt. imo qñq etiã ipe xps apparet suis dilectis in extre mis. Oñ etiã. b. Greg. Aliqñ in cõsolatiõe egrediẽtis aie ipse appet auctor t retributor vite. Scõo dicit dñs reuertere ad honorẽ btẽ marie vginis q te sepe apd me excusauit t p te affectuose inpellauit. in q me spãliter honorabis. De cui⁹ pñtia si reuerterẽ tere ad cõfusionẽ dyaboli. vt illũ quẽ peccando t in pctõ manẽdo letificasti. hunc vehemẽter cõfundas vt t mala q tibi parauerat euadas. Quarto dicit reuertere ad honorẽ meũ: qr te multipliciter honora ui t plus te honorabo si ad me veraciter conuersus fueris. Etiã sciendũ q qlibet gaudere dz de cõuer sione pctoris ꝓpter duo. Primo ꝓpter honorem dei qr maximũ dedecus deo exhibituz est. t exhibet qñ qs peccat mortaliter. Sicut si rex terren⁹ inhono rarer magnũ estimarer. t cũ hoc sibi fieret ab homie despecto cui mlta bona fecisset. Scõo gaudere de bem⁹ de bonis opibus ꝓximor. qr in celo oia meri ta ꝓximor erũt nra. t b ex fraterna caritate. Nulia vt dicit ãbr. Nullibet in celo ꝓximũ suũ diligit si cut seipm. t ex caritate vnusqsq intñ gaudet de al terius merito qtum de suo ꝓprio merito. Oñ etiaz ingr. lib. iiij. sniarum. dist. xlix. Per caritatẽ q scz in singulis erit pfcta tñ quisq gaudebit de alteri⁹ bo no qtum gauderet de ipso si in se haberet. Etiã sciẽ dũ q sancti in celo nõ solũ cognoscũt ꝓpinqs quos hic nouerũt. ꝛ etiã qs nunqz viderũt. vel etiã q ante centũ annos vel mille vixerunt. vñ Grego. in dyal. Sancti nõ solũ cognoscũt qs hic nouerũt ꝛ etiã co gnoscũt illos quos nunqz viderũt. Ergo cum ange lis gaudere debem⁹ de cõuersione vni⁹ peccatoris. vñ Lu. xv. Gaudiũ est angelis dei super vno pecca tore pniam agente. Quum ad terciã partẽ huius fermonis sciendũ q oẽs xpi fideles debẽt hodie fe stũ sancti Pauli solenniter celebrare. t ipsum tanqz singularẽ patronũ inuocare. Prio illi q pariunt do lorẽ oculor. Uñ de eo legit q cũ qdaz tpe pdicasset Dyonisius q erat magnus phs t gentilis nõ crede bat his q iam a paulo dicebant. Tandem processit vnus cecus corã eo. Tũc dixit dyonisius ad paulũ. Si illũ cecũ illuminaueris credã in icsuz xpm. Tũc paulus dixit ad cecũ. In noie iesu xpi respice in me Statim cec⁹ vidit. Et statim dyonisi⁹ credidit t ba ptisatus est. Et si ambo illuminati sunt. vn⁹. in cor pore. alter in anima. Etiam infirmi t debiles. Unde Act. ix. legit: q offerebant sudaria t vestes paulo. t sup infirmos ponebãt t sanabant. Si ergo tñ valebant vestes eius in hoc seculo qtum nũc valẽt eius deuote orationes in celo. Et q damnabiliter tentan tur de occisione suiipsius inuocẽt sanctũ paulũ. Uñ legit q quidã desperans laqueũ sibi parabat. nomẽ tñ sancti Pauli inuocãs sp dicebat. sancte paule ad iuua me. Tũc affuit quedã squalida vmbra hortans eũ t dicens. Eya bone vir age quod intẽdis. ne mo ram feceris. Ut ille semp parãs laqueũ dicebat. bea tissime Paule adiuua me. Expedito itã laqueo affu it alia vmbra clara t multum mirabilis tanqz homi nis dicens illi q hominẽ hortabat ad suspendium. Fuge miserrime. qr paulus aduocatus venit. Tunc squalida vmbra euanuit. t homo ad se rediẽs laque um ꝓiciens pniam cõgruã t cõdignã recepit. Etiã q a serpẽtibus qñq ledunt. Uñ legit de eo q cũ ecẽt in quadam insula vipera manũ eius inuasit. sed ni hil eum lesit. q post in ignẽ eã excussit. Legit quoq q hoies de pgenie illius hois q paulũ hospitio ac cepit a venenosis nullatenus ledunt. Uñ cũ pueri nati sunt in cunis eor serpẽtes ponũt. t sic si filij eo rũ sint probant. Etiã põt subuenire in morte. Uñ le git q quidã iuuenis fenestrã ascendit vt paulũ pdi cantẽ audiret. t sic dormitãdo cecidit. quẽ paulus re suscitauit. Et multa alia miracula fecit post cõuersi onẽ suã. Refert Haymo q paulus a pullorũ cantu laboribus manuũ insistebat vsqz ad qntã horam. de inde pdicationi vacabat ita vt plerunqz vsqz ad noctẽ sermonẽ protrahebant. t Residuũ vo tpus come stioni somno t orationibus necessariũ erat.

De Purificatione Marie vginis. Ser. xj.

Postquaz impleti sunt dies purgatois marie fm legẽ moysi. Lu. ij. Hiero. De beatissima ac gloriosissima virgine maria loqui me indignuz fateor. ꝛ t puto q nemo sit q psumat aliqd loq nisi q qnta sint que pre sumit ignorat. Tñ si ad b nemo ydoneus inueniat: votis oibus cessare nõ dz quilibet etiã pctor a laudi bus vginis gloriose. Uñ etiã be. Aug. Quid ego di cã de te paup ingenio: cũ de te quicquid dixero mi nor laus est qz tua dignitas merek. vñ etiã Bern. Si omniũ martyrũ vulnera t membra verterenk in lin guas. eã sufficienter laudare nõ possent. Si ergo tã ti doctores fatenk se ad b nõ posse sufficere qd dicã de modernis doctoribus q respectu eor sunt quasi gutta respectu totⁱ maris. Hz recurrendũ est ad illã de q locuturi sum⁹. vt apud suũ filiũ nob singulare gram impetret. Hz exq hodie est festũ purificati onis marie vginis. tũc i pñti sermõe tria sunt dicen da. Prio de festo pñti t purificatiõe fm legẽ moysi Scõo aliq p informatiõe nra. Tercio t vltio mira cula quedã p nra cõsolatiõe. Quũ ad pmũ ẽ sciẽ dũ q b festũ sortit tria noia. Primo eñ dr festũ pur gatiõis. t iõ dr in themate huius sermonis. Postqz impleti sunt dies purgationis tc. Circa qd queri tur. vtrũ vgo maria indigebat purgari. Rndek q nõ qr nõ rõne sui. qr ipsa fuit purissima t purior omniũ creaturarũ. Ipsa eñ adhuc existẽs in materno vte ro sctificata fuit. t viuẽs in mũdo magis purificata fuit. qr in pseuti vita nunqz peccauit. nec etiã venia

liter. qđ nemini inter natos mulierũ vel natas credi tur esse donatũ. Ꝫ maxime fuit purissima in sui filij ꝯceptiõe. Sctũs em̃ sctõꝝ intrãs in ipam. sctãz sctõ rũ ipam effecerat. z in ipa nulla fuit macula. vñ spi ritus sctũs videꝫ eã tã pulcrã z tã mundã dicit in cã ticis cãticoꝝ. Tota pulcra es amica mea. Nec etiaz rõne legis indiguit purgari. Haz lex purificationis erat. q si mulier ex virili semine cõcepto peperisset masculũ. imunda eẽt septẽ diebus a cõsortio hoim. Octaua aũt die puer circũcideret. post. xxxiij. dies ab ingressu tẽpli abstineret. z sic. xl. die intraret tem plũ z offerret agnũ si diues eẽt. aut par turturũ co lũbarũ. aut duos pullos colũbarũ si paup eẽt. vt hĩ Leuit. xij. Ꝫ maria nõ indiguit purgari rõne legis qz lex ꝓsupponit q mulier nõ vgo. q̃ cõcepto virili semine. Ꝫ maria cõcepit nõ ex virili semine. ꝫ misti co spiramine. Ꝫ di. q̃re ergo purgari voluit cum nõ indiguit. Rñdeꝫ q ꝓpter tria. Primo ꝓpter obe diẽtie pfectioz. Maria em̃ oia seruauit q̃ i lege moy si scpta sunt. vt pz ꝟ in euãgelio hodierno ĩ purgati one ipius. Et ĩ ꝟ nob exẽplũ relict obediẽtie vt etiã nos obediam⁹ ꝓlatis z ꝯceptis eccl'ie in festis cele brãdis. z in ieiunijs obseruãdis. Hã q̃cunq; scienter z sine cã soluit festa z ieiunia peccat mortaliter. q̃a nulla pcm̃ venialis est in ꝯcepto. sed soluz mortale.

Scõo ꝓpter exẽplũ hũilitatis maria se cõformare voluit alijs mulieribus. vñ Berñ. Esto inter muli eres tanq; vna istarũ. Et q̃cunq; mulier vel vgo est hũilis. talis est filia marie vginis. Et q̃cunq; est sup ba ista est filia lucifer. ergo q̃libet mulier. aut virgo dz sectari hũilitatẽ marie. qz dr̃ in Lu. Respexit hũi litatẽ ancille sue. Ꝫ heu plures mulieres imitãtur nũc euã in supbia z i incredulitate. Nõ sic ptz. Nam ancilla nouẽ annorũ q̃q; curiosius ꝓcedit in veste sua q̃ masculus. xix. annoz. Et cũ vetula amplius se ornare nõ audet ꝓpter ipius karitatẽ. tũc ad supbiã z laudẽ hoim nõ desinit ornare filiã suã. Sic iter mulieres plus cõsueuerũt se occupare cũ incredulita tib⁹ z incantationib⁹ z carmibus q̃ viri. Hã vna mulier aliq̃ plus scit de talibus superstitionib⁹ q̃ cẽ tũ viri. z tales carminatrices nõ solũ damnant ꝫ z multa mala faciũt alijs in aiabus suis. Vñ in cano. xxvj. q. vij. non observetis. Diuinationi q̃ intendit. dãnationẽ aie incurrit. Vñ ex iã dictis elicit q plu res mulieres dãnant q̃ viri. Et de ꝟ q̃re exemplũ in promptuario. ĩ. vij. Ꝑ. Tercio purgari voluit: vt nob oĩbus exemplũ purgatioĩs daret. tam masculis q̃ feminis tam diuitib⁹ q̃ paupibus. Scõo vocat hoc festũ grece ypopanti seu luminũ qz portatus est hodie ad tẽplũ xp̃s ihesus q̃ est lux mũdi. Hã maria Joseph Symeon z Anna hodie fecerũt venerabilẽ ꝓcessionẽ cũ puerũ iesum vellẽt in templũ p̃tare. z p̃tauerũt. Sic z nos ꝓcessionẽ faciam⁹ quã sanct⁹ Greg. papa Anno dñi. dixxxv. instituit. Et cereũ ac cẽsum p quẽ significat xp̃s in manibus suis cũ toto clero romano portauit. Tria em̃ sunt ĩ cereo. ſ. cera ligmẽ z ignis. z hec sunt tria q̃ fuerũt in xp̃o. Hã ce ra significat carnẽ xp̃i q̃ nata est de virgine sine cor ruptiõe sicut apes cerã gignũt sine corruptiõe z cõ mixtiõe. Ligmẽ in cera est aia xp̃i. Ignis ꝟo significat ei⁹ diuinitatẽ. Tercio dr̃ ꝟ festũ ꝓsentationis. ergo dr̃ i euãgelio hodierno, vt sisterent eũ dño z da rent hostiã pro eo. Vñ q̃ritur quare mulieres etiã tes in puerperio offerũt infantes dño Rñdeꝫ q ꝓ pter tria. Primo vt ex hoc ostendat q infans ille est dei ꝓpius. qz creauit ipm z aiam infudit z ipam redemit. quasi diceret mater ad dominũ xp̃m. Ecce infantẽ quẽ creasti. z animã quã infudisti z redemi sti. in signũ horũ beneficiorũ tibi eum hodie offero.

Scõo vt hec p̃tatio sit quedaz gratiarũactio de eo q deus prolẽ dedit z puerperã a periculo mortis ꝓseruauit. z puer in vtero mris custodiuit. q̃si dice ret puerpera. Ego offero eũ in signũ regratiatõnis. qz iuuisti me vt ipm in mundũ peperi. z si supuixe rit faciã posse meũ q probus erit. z tũc omnis labor quẽ hũt pentes cũ pueris erit eis meritorius. Vñ ad ẽo. viij. Scimus qm̃ diligentib⁹ deũ oia coope ranť in bonũ. Tercio vt de⁹ extũc infantẽ custodi at. ne gratiã z innocentiã baptismalem ꝑdat. vñ ps. cxxvj. Nisi dñs custodierit ciuitatẽ z̃. Nã puer in baptismo fit dei templũ. z talẽ gratiã accepit q sine omni pctõ mortali viuere põt vsq; ad finẽ vite sue. z si stante ista innocẽtia moreret: in cõtinẽti ad eter nã gloriã euolaret. Nõ patz qz baptisato xp̃o a Jo hãne in iordane. celi apti sunt z spũssanct⁹ visus est De ꝟ etiã hĩ supra ser. iiij. ꝓte. ij. Octuz ad sẽam emplo beate marie vginis purificare debemus cor nostrũ a malis cogitatiõibus z amore illicito. Sed quõ q̃s peccat p illicitũ amorẽ. Rñdeꝫ q. x. modis.

Primo qñ hõ plus diligit creaturã q̃ creatorẽ. ſ. deũ. vñ be. Ditero. Quodcunq; quisq; supra deũ vel equaliter deo diligit. ꝟ sibi p deo instituit. Sctõ cogitando z morose in peccatis delectãdo. vñ Aug. Morosa cogitatio cũ delectatiõe z cõsensu est mor talis. Tercio videndo amasiũ vel amasiam cũ de lectatõne z mala cõcupiscentia. Matth. v. Qui vide rit mulierẽ ad cõcupiscendũ eã iã mechatus est cor in corde suo. Quarto loquendo vt cum quis p ver ba allectiua prouocat se z aliam personã ad malam cõcupiscentiã. Vñ dicit in decre. De⁹ iudicabit ver ba fm intentionem proferentis. xxij. q. v. Humane. Quinto tangendo z tocando mala intentione. sed si fieret in loco tunc esset veniale peccatũ. Vñ dr̃ in decre. Tactus lasciuus etiã sine coitu est graue pec catũ. xxvij. q. j. nec aliqua. Sexto se ornando in cri nibus. in facie. in vestibus. in calceis. in cingulis. in peplis. z sic de alijs. quando ista fiunt mala intentio ne superbiendo allicẽdo sunt mortalia. Hec isti me rito aduertere deberẽt qui festiuis diebus crines or nant z specula ex supbia sepe in spiciũt. Septimo cũ q̃s ex amore illicito dat alicui psone donũ vel clo nodiũ ea intentiõe vt eũ vel eam ad malũ actũ alli ciat talis peccat mortaliter. Octauo qñ q̃s supsti ciose vult facere amorẽ illicitũ inter psonas aliquas. Similiter q̃ credunt q hoc cuz dyabolo possit fieri.

Nono quãdo quis ex amore illicito fiet z tristat. quãdo illa psona se alienat z recedit ab ea vel ab eo. vel quando aliam personã preter eam amat vel ami cabiliter alteri loquit vt etiã cõtrahet cũ aliq̃ hone sta psona matrimoniũ honestũ. z ex ꝟ maledicet sibi ipe vel vxori vel etiã alijs psonis quas ille diligit. Ꝑ cimo q̃ scribunt lr̃as amatorias z etiã qui portãt ta les scienter. Similiter qui tales scienter in domo

sua pmittūt peccare. Rtum ad tertiā partē istius sermonis est sciendū q̄ oēs homines vtriusq; sexus viri t mulieres ancille t v̄gines paruuli t pueri debēt hodie t q̄tidie inuocare btām v̄ginē mariā t ei fideliter seruire. q̄ ipis pōt in oibus tribulatiōib⁹. infirmitatibus t necessitatibus subuenire. Et primo viri in necessitatibus vite. aut mortis cōstituti debēt recurrere hīe ad btām virginē mariā. Exēplū de milite q̄ in honore btē marie v̄ginis vnū cereū accēdit. Quere. j. in pmptuario de exēplis btē v̄ginis. xlix. Etiā mulieres. Exemplū de vxore militis q̄ fuerat in pregnata t pdidit vsum rōnis. nec potuit sanari: nisi in festo purificatiōis. t in eccl'ia btē marie virginies. hoc q̄re ibidē. iij. Item ancille t peccatrices debēt ei seruire t eā inuocare. Exēplū de ancilla q̄ peccauit cū dño suo. hoc q̄re ibidē. xlvij. Etiā v̄gines p be t honeste debent eas inuocare. vt pseruet eas ab infamia. Exēplū de duab⁹ sororib⁹ q̄ fuerūt falso infamate. q̄re ibidē. xxij. Etiā parētes q̄ habēt pueros Exemplū de puella puula quā rapuit lupus t mater ia ītā liberauit t matri sue restituit. q̄re ibidē. xv.

De sancto Mathia ap'lo. Sermo xij.

Annūeratus est cū duodecim ap'lis. Act. j. Exq̄ hodie celebramus festū scī mathie q̄ electus est loco iude traditoris xp̄i. Tūc in pūti sermōe tria sunt dicē da. Primo de electōne t puilegijs scī mathie ap'li. Secdo aliq̄ pro informatiōe simpliciū. Tercio aliq̄ mirac'la pro cōsolatiōe audientiū. Rtum ad primū sciendū q̄ sctus mathias ap'lus hz septē pruilegia. Primū est sua cōmendabilis electio. Hā laudabiliter est electus. Cū em̄ inter ascensionē t pentecosten ap'li simł in vna domo eēnt. vidēs petrus q̄ nū erus ap'oz eēt diminutus quos dñs elegit. vt fidē sancte trinitatis in quattuor mūdi ptibus pdicarent. surrexit in medio fratrū dicens. Viri fratres oportet vt aliquē loco iude instituam⁹ q̄ testeť nobis scā resurrectionē dñi nostri ihesu xp̄i: t statuerunt de lxij. discipulis duos s. Joseph q̄ cognomiatus est iustus q̄ fuit frater iacobi alphei. t symonis t iude t mathia. t orantes dixerunt. Tu dñe q̄ nosti corda hominū: ostende quē elegeris ex his duob⁹ accipere locum quē amisit iudas proditor xp̄i saluatoris t tis illis sortib⁹ cecidit sors sup mathiā. t annūerat⁹ est cū. xj. ap'lis. Sciendū q̄ fm beatū Dyonisiū illa sors nihil aliud fuit q̄ quidā splēdor diuinus p quē ostendebať q̄ ipse erat in ap'lm assumēdus. Et in h̄ ondit'ur eius sanctitas. q̄z lz ab infantia aiam suā et vitā suā sancte t mūde seruauerat. q̄ v̄go fuit: tñ sic macerauit ieiunio corpus suū q̄si potōr esset timēs ne aliq̄d in annis puerilibus egisset q̄ dño displicuisset. Scōm puilegiū q̄ fecit eū xp̄s cōtribulē sum. Fuit em̄ de tribu iuda de q̄ nata est v̄go maria. t ihesus xp̄s filius eius. Solēt em̄ homines q̄ sunt de eadē tribu magis seinuicē diligere. sic t xp̄s ipm dilexit. Q̄ q̄ magna dilectio q̄ ipm sic elegit. Ter cīū puilegiū. quia mathias fuit cōpatriota xp̄i. fuit em̄ bethleemita. Sicut em̄ xp̄s in bethleem ē natus sic t mathias. Solēt aūt homines q̄ sunt de eadē ciuitate nati mutuo se diligere. Quartū puilegium. q̄ xp̄us psonaliter ad eū venit q̄n fuit positus in carcere cū multo lumine. t ipm de terra leuauit. t vincula solueus: t dulciter eū confortans. ostiū sibi aperuit qui egressus verbū dei constanter pdicabat. Quī tum pruilegiū. q̄ non solū est apostolus: sed etiam martyr christi. Unde legitur de eo q̄ cū verbuz dei in iudea predicaret. t magnū populū signis t prodigijs conuerteret. Unde iudei inuidentes ei ipm in in concilio statuerunt accesserunt aurē duo testes q̄ ipsum accusauerūt. Primo in ipm lapides miserūt quos lapides in testimoniū illis secum petijt sepeliri qui dū lapidaretur. securi more romanorū percutitur. t extensis manibus in celū spiritum tradidit.

Sextum pruilegiū. quia vnū articulū de. xij. articulis fidei cōposuit: in quibus articulis consistit fides t salus omniū xp̄ifidelium. t est vltimus articulus scz q̄ carnis resurrectionē t vitam eternā amen. Credere em̄ debemus q̄ omēs homies simul resurgent in nouissimo die tam boni q̄ mali. t quilibz resurget in eodē corpore in quo viuit. Quāuis em̄ corpus in cinerem t puluerē redactū sit. tamen oia ista que spectant ad cōplementū corpis redibūt. t idem corpus resurget. t omēs resurgemus in illa erate in qua xp̄s fuit q̄n mortē pro nobis sustinuit. tā senes q̄ iuuenes t corp⁹ cuiuslibz electi lucidū erit t splēdidū. Sed corpus cuiuslibet reprobi erit grossum t obscurū. Etiā tenek quilibz credere vitā eternā post hāc vitā. Boni em̄ habebūt gaudiū sempiternū. mali aūt penā. vñ Mat. xxv. Ibūt hi in suppliciū eternū. Justi aūt in vitā eternā. Septimū pruilegiū. q̄ hodie festū ipius solēniter in vniuerso mūdo celebrať. t etiā in qualibet missa p totū mundū quotidie nomē ipius noiať q̄z q̄ hodie mētio fit de iuda q̄ de honore suo detrusus est. Tūc notandū q̄ xp̄s iudā elegit t semp ad specialiorē dignitatē. Primo de mūdo in discipulū. Scōo de discipulo in ap'lm. Tercio de ap'lo in suū procuratorē. Sed queriť cum xp̄s sit dei sapiētia. q̄re in tales status posuit iudaz. Rndeť pmo ad oñendū q̄ mali in h̄ mūdo sunt permixti inter bonos. In celo em̄ sunt oēs boni. In inferno aūt sunt oēs mali. In mūdo aūt sunt boni et mali simł. t h̄ a principio mūdi sp fuit q̄ mali cū bonis sunt simul reperti. vt ptz de abel t cayn. esau et iacob. Scōo vt vanā psumptionē de nobis amputaret. Si em̄ iudas aliq̄n bonos inter optimos cecidit turpiter. q̄s de se erit iam securus. vñ Bern. Mus q̄ est securitas fratres mei. nec in celo nec in paradiso. multo minus in mūdo. In celo em̄ cecidit angelus pmus. vñ Esa. Quō cecidisti de celo lucifer qui mane oriebaris. Cecidit enim sub potentia deitatis. Adam in paradiso i loco voluptatis. Judas in mūdo a schola saluatoris. Tercio ad oñendū q̄ reprehensibiles sunt q̄ cōgregationē vnā malā iudicant. q̄n vnū malū in ea reperiūt. Etiā queriť q̄re xp̄us iudam procuratorē fecit quē furē presciuit. Rndeť vt talia cōtemnēda t vilia oñderet. vñ Greg. Contēptibilia t ptemptibilibus dant. Ut̄ t xp̄s bona sua fm nobilitatē eorū nobilioribus distribuit. q̄ aiam patri. matrē mariā iohānī. eccl'iam suā petro. corp⁹ ioseph t nicodemo. talia crucifixoribus suis reliq̄t Et ista est causa quare iudā procuratorē fecit propter auariciā. q̄z fuit plenus auaricia. q̄ notať in hoc q̄ ductus cupiditate pecunie xp̄m venalem exposuit

ores. Quid vultis mihi dare. O ꝯ stultus negociator fuit qñ xpm dñm suū pro tā modica pecunia vēdidit. s. pro triginta denarijs in q̄ sunt oīs thesauri sapie dei recōditi. Pone stultus eēt ille negociator q̄ habet vnā pciosam margaritā q̄ virtute sua illūinaret cecos. leprosos mūdaret ⁊ oēs infirmitates curaret ⁊ etiā mortuos suscitaret. ⁊ valēt illa margarita mille ducatos. ⁊ vēderet eam pro solo obolo. certe stultissimus eēt. Sic stultus negociator fuit Judas. qr vēdidit pciosam margaritā. s. xpm. p. xxx. denarijs q̄ cecos illūinauit. leprosos mūdauit. Uñ sciendū q̄ multi mirant q̄ Judas vēdidit dñm nostrū Iesum xpm pro. xxx denarijs. ⁊ non mirant ꝟ q̄ dñs oī die a malis xpianis venditur nō solū pro. xxx. denarijs. ꝫ qñq̄ pro vno denario vel dimidio. Nūcunq̄ em ⁊ q̄ tienscūq̄ emēdo vel vēdendo mēdaciter iuras: ⁊ p̄ximū decipis xpm sciēter vēdis. Similiter vsurarius luso: raptor: fur: ⁊ sic de singulis. Et generaliter q̄cūq̄ ⁊ q̄tienscūq̄ qs p̄ximū decipit et bona tpalia quis mō iniuste acquirit xpm vēdit. Octuz ad scōaz partē istius sermonis sciendū. q̄ exquo illud festum occurrit cōiter circa carnisprium q̄ tpe solent homines gulose viuere. vñ pro nra informatiōe ⁊ simplicitū q̄rit quot modis hō bibēdo ⁊ comedēdo peccat mortaliter. Ridet q̄ q̄nq̄ modis. Primo qñ diligit corpus suū intm q̄ cōtra p̄ceptū ecclie patus est comedere diebꝰ ieiunior cū tam bñ posset ieiunare ⁊ nō vult corpꝰ suū intm grauare ⁊ sicut soluit ieiunū si ne cā ⁊ rōne ab ecclia p̄ceptū. Secus est si infirmus aut mulier pregnās. aut paup laborator ex causa soluere. Scōo cū quis sumit cibū illicitū vel p̄hibitū. sicut cū qs i quadragesima sine causa comederet lacticinia vt ouа. Similiter q̄ votū fecisset nō comedere sextis ferijs lacticinia. ⁊ hoc votū frāgeret. Tercio qñ quis sibi cibū nociuū comedit ⁊ sic vires corporis debilitat ⁊ vitā sibi abbreuiat: ⁊ talis grauiter peccat. qr facit cōtra caritatē q̄ hō tenet se in deū diligere ⁊ vires suas p̄seruare vt deo diutius possit seruire. Dñs. Fortitudinē meā ad te custodiā. Quarto qñ qs excedit in superfluitate cibi ⁊ potus: sic q̄ p̄dit rationē vel nauseā hz vel vomitū facit ꝓpter superfluam crapulā vel ebrietatē: talis etiā grauiter peccat. Illā sm Ben. de vitmaria. Quicūq̄ inebriat vt q̄ excedit mensurā in comedēdo ⁊ bibēdo: si hoc cū ꝓposito facit peccat mortaliter: totiēs quotiēs hoc facit. Et q̄ in tali ebrietate mouit eternaliter dānabit.

Quito peccat qs comedēdo ⁊ bibēdo qñ p̄ncipaliter querit delectationē: ⁊ talē delectationē ꝓponit deo q̄ dz esse p̄ncipalis cā ⁊ finalis in oībus opibus nris. vñ Apoc. j. Ego sum alpha ⁊ o p̄ncipiū ⁊ finis omnū. Et talē delectationē homines voluptuosi querūt q̄ solū sm carnē viuūt. Uñ Apl'us Ro. viij. Fratres si sm carnē vixeritꝭ morieminī. Uñ etiā Hiero. Impossibile est hic implere ventrem ⁊ ibi mentem.

Erat quidam de p̄uincia romana ordinis predicatorum qui in seculo multum in audiendis ⁊ cantandis secularibus cātilenis fuerat delectatus nec aduerterat q̄ cōfiteret hmōi vanitatem. tandem in infirmitate grauī positus dictos cantus quasi continue in aure ⁊ in cerebro habebat sed inde non delectationem vt p̄ius sed vexationem ⁊ penam non modicā sustinebat. Quadam ergo die surgens de lecto licet multū granatus ad lectū p̄ioris sui qui secum in eadez domo infirmus iacebat venit ⁊ sibi dictam tribulationez aperuit ⁊ de illis vanitatibus humiliter confessus est. cūq; ab illo absolut⁹ fuisset statim ois illa resonantia que resultabat in eius cerebro ex toto recessit. hec in vitaspatrū.

Clerici qui cantauerunt saccum plenum.

Exemplum iij.

Tempore q̄dam clericis q̄busdā in eccia q̄dam seculari fortiter ⁊ tam clamorose nō deuote cantātibus et voces tumultuosas i sublime tollentibus vidit homo q̄dā religiosus q̄ astitit q̄ndam demonē in loco eminentiori stātem saccū magnū ⁊ longū in sinistra manu tenere qui cantātiū voces dextera latius capiebat atq; in eūdem saccū mittebat. Illis expleto canto inē se gloriantibus tanq; qui deū fortiter ⁊ bene laudassent Rūdit ille qui viderat visionem. Bene quidē cantastis. quia saccū plenū cantastis. mirantibus illis ⁊ interrogantibus cur hoc diceret visionem eis exposuit. His vo exemplis non reprehendit deuotus clamor quo deus laudatur in cantu ⁊ psalmodia. sed tantum inanis gloria. Hec Cesarius.

Charitas.

Cor cuiusdā virginis p̄ nimio amore ē scissum.

Exemplum iiij.

Erat q̄dā vir nobilis. xxiij. annorū marie virgini valde deuota. Hec quotidie rogabat virginē gl'iosam septē annis vt sibi ostendere dignaret filiū suū. Que cū in die natiuitatis dñi cā orōnis sola introisset capellā appuit ei pulcerrima virgo tenēs filiū pulcriorē. Hec allocuta ē virginē dicens q̄ acciperet filiū ⁊ luderet cum eo. Ipe cū illa fecisset gaudēs cū magna reuerētia et deuotiōe. cui puer. diligis ne me. ⁊ illa diligo. quō ergo plus q̄ vestes meas. ⁊ puer dictas si pl⁹ diligas Et illa plus q̄ cor meū. ⁊ ille quō me plus diligis corde tuo. at illa nescio dicere. ꝫ ipm cor loq̄tur. q̄ dicto mox cor virginis p̄ nimio amore scinditur. ⁊ puer accepta aia cū concentu angelor deduxit eā ad celū. Ad cantū vo angelor familia cucurrit ad capellam ⁊ virginē mortuā inuenientes odore mirabili oēs repleti sunt. ⁊ fratres qui tūc aderant cor eius scissum inuenerunt ⁊ in eo scriptū aureis litteris. Diligo te plus q̄ me q⁹ tu creasti me rede dimisti me ⁊ dotasti me. hec Viridarius.

Paulinus episcopus se dedit p̄ filio vidue.

Exemplum v.

Cum in ytalia ⁊vandalor sevitia esset deuastata ⁊ multi capti ducerētur ex hac terra. paulinus eps oia bona sua captiuis egētibus erogauit. Cuz iam deficeret venit quedam vidua cuius filius a genero regis ⁊vandalor captꝰ fuerat a paulino precii redemptionis filij sui hūiliter postulans. qui dubitans quid faceret cum nihil haberet. dixitq; donuz non habeo sed ⁊ me seruū p̄ofitere ⁊ p̄o filio trade. Quod illa a tanto viro magis irrisionem q̄ cōpassionem putabat. Tādem vir certificat⁹ assumpto Paulino generū regis adijt. Primo rogans vt sibi redderet filiū suū quod dum ille superbe nec reciperet nec audiret. Mulier p̄oducens Paulinū ait. Ecce hunc hominem p̄o filio meo vicarium do. Cuius venustatem ille considerās quesiuit qualis officio esset ⁊ audito ab ipo q̄ esset hortulan⁹ reddito filio. paulinū recepit. Cum autem idem gener regis hortū ad paulinū sepe intraret ⁊ conferens cum eo cum sapientiam illius audiret cepit in eius sermonib⁹ delectari. Quadam die secrete dixit Paulin⁹ domino suo. p̄uide qualiter dispones regnū. quia rex cito morietur. Quod cuz retulisset. Rūdit rex. Libenē videre virū de q̄ dicis. Cui gener ad prandiū deferet virentes herbas tūc videbis. Quo viso ⁊ rex tremens secretum cordis sui revelauit genero suo dicēs. virū audisti. Nam in somno i hac nocte istum cum iudicibus sedentem contra me vidi magni meriti homo est nō talis qualis apparet. Tunc Paulinus secrete interrogatus a domino quis esset. Respondit seruus tuus quē a vidua suscepisti. Quo diu instante tandem cōfessus ē se esse episcopū. Ille p̄territus dixit. Pete quid vis vt cū honore ad tuas redeas. Cui Paulin⁹. Oēs captiuos ciuitatis tue relaxa. Quo annuente cum frumento ⁊ nauibus ⁊ omnibus captiuis solutis Paulinus reversus est ⁊ qui se seruitutem tradidit multos a seruitio liberauit.

Sanctulus seipm dedit ad occidendum p̄pter charitatem p̄oximi.

Exemplū vj.

Cum q̄daz dyaconus a lōgobardis captus ad occidendū duaret. Vir dei sanctulus p ipo ad eos itercedēs ⁊ minime audiri⁹ rogauit vt ille sibi ad custodiendū traderet. Illis annuētibus ea lege vt si fugeret p ipo occideret recepit. Quē cūctis dormiētib⁹ excitās dixit. surge fuge liberet te dñs. Ille memor conditōnis rūdit. O pater si fugio p me morieris. Et ille cōpellens vade inquit oēs in manu dei sumus. nihil possunt

bis facere. nisi q̄ntū pmiserat de⁹. Quo fugiēte longobardi nō inuentēte captiuū direrunt. Sanctulo. Scis q̄d tibi fiet. ⁊ ille scio. at illi. q̄ bō es bonus nō cruciabim⁹re. ꝛ elige tibi mortē quā volueris. at ille. occidite morte q̄ de⁹ pmiserit. inito cōsilio electus ē vir fortis q̄ vno ictu caput ei⁹ amputare posset. Statī leti oēs ad spectaculū mortⁿ illius q̄ p scto hēbāt venerūt. Sz vir dei ad arma sua cō fugiēs petito spacio ozādi se in trā pstrauit. Tandem iterfecto pulsans eū pede di. Surge extende ceruicē. Qui extēso collo respicies gladiū ait. O scte tobes suscipe illū. Ille āt gladiū in altū vibrās pcussurus dirigit. Sz mox brūs tobes brachiū pcussoris diripuit. q̄ viso oēs laudātes deū rogabāt vt brachiū pcussoris sanaret. at ille. non ozabo nisi iuret de cetero xp̄ianū manu sua ñ occisurū. Quo iurante ait. depone manū ⁊ deposuit. statim oēs bones ⁊ iumēta p̄dicta offerre volebant. q̄ renuēs ait. Rogo vos oēs captiuos mihi dimittite. ⁊ fic ozabo p vobis qō factū ē. ⁊ p vno mozituro multos a morte liberauit. Chozea.

Xp̄s a chozizātib⁹ pmaxie vitupat. Exm̄. vij.

Quidā nobil⁹ filiū suū dilectū sō ōdicauit in religionē vbi m⁹tū pficiēs iuxta morē ozanti iuxta crucē occurrit sibi q̄ patebat scire q̄d ampli⁹ ira dei puocaret ⁊ pctā m⁹tiplicaret. Et ecce ozāti cū lacrimis q̄dā inuenis spēdid⁹ appuit ei dicēs q̄ xp̄s a chorizantibus maxie vituperatur ⁊ dehonestat. Nā extensio brachioꝝ ⁊ colligatio manuū ⁊ brachioꝝ irrisorie repūtat xp̄i i cruce extēsionē p nob. Solēt em̄ bones chorizātes coronari sertis ⁊ florib⁹. irridēdo xp̄i spineā cozonaz Itē ornāt se vestib⁹ irridēdo ihm xp̄m hūilē ⁊ nudū in cruce pendētem. Cantāt etiā alacrit ⁊ rident cachinnis irrirēdo fletū ⁊ clamorē xp̄i in cruce pendentis. Item osculant etiaz de suo mutuo irridendo osculū iude. Item depingūt facies suas irridēdo consputā ⁊ velatā faciem xp̄i.

In chozea cōmittūtur q̄si oīa pctā mortalia. Exemplum viij.

In chozea ē supbia q̄ ē initiū oīs pcti xp̄t quā lucifer celū pdidit. quia bones ex hūilitate ñ solēt chorizare ꝛ pl⁹ ex elatōne. vñ Aug. Quē supbū videris filiū diaboli esse nō dubites. Ex his vbis pz. cui⁹ filij sunt q̄ ex supbia choreas ducūt. Itē cōmittit ibi luxuria. Nā tales chorizantes ⁊ pulcre se ornātes plīmox corda videntiū ad luxuriā ⁊ ad malas concupias accēdunt. vnde mat. v. Qui viderit mulierē ad cupiscendū eā mechat⁹ ē eā in corde suo. Itē cōmittit ibi inuidia q̄ si vna psona plus honorat vl melioza vestimenta hz tūc q̄nq; alie p̄sone inuidēt. Itē cōmittit ibi auaricia. q̄ talia ornamenta vestiū nō hūtes sepe ꝫ deū affectant tales vestes ⁊ talē pulcritudinē. ⁊ hoc ad malū finem. s. portandi ⁊ supbiendi.

Chorizātes grauit pūiunt i futuro. Exm̄. ix.

Iuenis mōachus purgatoriū. s. p̄ricij ingressus reppit ibi varias penas aiaꝝ. Et vidit ibi circulū ferreū cōstipatū acutissimis clauis i q̄bus chorizabāt plures cōpluti continuo igni sulphureo. q̄z etiā viscera corrodebant dracones a duob⁹ vo lupis deuorabāt brachia chorizātiū vsq; ad ossa. Sup q̄b⁹ req̄situs rndit āgel⁹. Tales sūt chorizātes captiuati uersa libidie alios cōcitātes gesticulatiōib⁹ ipudicis. saltib⁹ āplexibus. oscul⁹ tactib⁹ ⁊ vbis ipudicis. Ñ merito plectunt tali supplicio. Tādē mōachus iñ reuersus videndo chozeā solebat clamare. fugite charissimi q̄ magna pena seqtur chorizantes. Hoc in li. de donis.

Puella quedam fuit exusta in toto corpe ꝓpter chozeam. Exemplū x.

Puella q̄dam i die festiuo dū fieret ⁊mo ad pp̄lm tota die i ludis ⁊ chozeis se exercuit. de sero ad domū reuersa fessa recedit i limine deficēs ⁊ dū ad dormiendū vix oculos clausisset a duobus demōib⁹ ad infernū delata ē. ⁊ fic cōbusta ē. vt nec capillus in corpe ip̄ius maneret ⁊ totū corpus eius magnis vesicis occupatū fetorem intolerabilē exalauit. Un⁹ vo demonū ticionē ardentē in os trudēs dixit. Hoc habe. p cātilenis q̄s impudice sepi⁹ cantasti. vestes eius nullū habuerūt adustionis signū. q̄ clamore ⁊ eiulatu euigilās mr̄i ⁊ multis alijs narrauit. Hec aūt ferē ad hospitale. vocat sacerdos q̄ nullū peccatū mortale in ea inuenit. nisi q̄ ita libenē interfuit ludis ⁊ chorcis. Hec arnoldus in narratorio suo.

Puelle inhibuit btā maria gaudia mūdi. Exemplum xj.

Puelle cuidā appuit btā ⁊go cū chorea ⁊gi neū. q̄rēs an se illis sociare vellet. Rñdit libenter. ⁊ btā ⁊go interdixit ei chozeā ⁊ vanitatem vestiū dicens post. xxx. dies venies ad nos. q̄ subito valde se emendauit postpositis oīb⁹ vanitatibus huius mūdi ⁊ requisita a parentibus q̄re sic oia postponeret. Rñdit parētib⁹ suis insinuans eis ea q̄ viderat ⁊ verba marie q̄ sibi dixerat. ⁊ sic tricesimo die feliciter obijt.

Mulier quedam in chozea cū pila necata est. Exemplum xij.

Mulier pcax ⁊ vana erat q̄ in oīm fere festo chozeas p̄iūgere cōsueuit. Et fctm̄ est vt iuuenibus viris ad saltū iuxta chozeā ludētibus vni eox pilam ferire conāti. baculus de manu euaderet ⁊ dictā mulierē ducentē chozeā pcussam in capite mox necaret. Hec vt viderūt oēs confusi sunt ⁊ corpus ad domū ꝓpriā detulerūt. p̄sbytero aūt dicturo vigilias veniente. ecce thaurus niger rimus. imo demō pessim⁹ cū mugitu occurrēs feretrum cū corpe delecit ⁊ comibus illud dissipans mēbratim cōfodit. ita vt viscerib⁹ hinc inde dispsis fetor intolerabilis spgeret fugientib⁹ ergo cunctis cadauer laceratū vsq; in crastinū solū relinq̄tur q̄ vsq; s. euaporato fetore cognati ei⁹ intrare possent ad corpus ⁊ sublatum extra cimiteriū sepelierunt Hec Guil. in li. de apibus.

Fulmē extinxit tybicinē. Exemplū. xiij.

Quidā tybicē erat q̄ chorizantes iuuenes ⁊ puellas cōcitabat. hic celo nubib⁹ circa vesperas obscurato. duo pueri pastores vbi coruscatōes ⁊ tonitrua videbāt iminere ad iumenta fugerūt ⁊ eis videntib⁹ i cybicinē fulmē cecidit ⁊ ip̄m extinxit. ⁊ ei⁹ brachiū amputauit. Hec Guil.

Item alia exempla de chozea quere in discipl'o de tempore.

Iuenis qdā dicebat chorea eē porta paradisi z ysolatōnis quē postmodū qdā lapis angularis cadēs sup eum occidit. Hoc qre in discipulo de tempore sermone. clviij. H.

Item virgo q in chorea cecidit z subitanea morte obijt. Hoc qre sermone. lx. N.

Item qui erexerūt arietē in chorea z magna tēpestas postmodū vastauit segetes circūqq in oībus illis villis z partibus circūiacētibus. Hoc qre sermone. xxxvij. X.

Itē vgo i chorea rapta ē a turbie i aera a demonib⁹ flagellata postea cecidit mortua. ser. clviij. B.

Item qdam chorizauerūt vsq ad genua z postmodū vsq ad femora in terra. z. s. Gilbert⁹ epūs liberauit eos. Hoc quere sermone. xxxviij. A.

Confessio.

Confessio multū nocet demonibus. Exm. xliij.

Magister thomas theologus cum iam deberet mori z iaceret i lecto vidit diabolū stantem añ se et dixit qd hic stas cruenta bestia. Dic mihi qd ē qō maxie nocet vob. z cuz ille taceret subiūxit. Adiuro te p deū vīū q iudicaturus ē vivos z mortuos vt dicas mihi veritatem. Ait ille. nihil sic eneruat vtutē nram sic freqns ptritio z cōfessio. qz qū hō est in mortalib⁹ pctis oia ei⁹ mēbra ligata sunt z nō pōt se mouere. Cū vo pctā eadem cōfitet statim liber ē et mobilis ad omne bonum.

Demones impediūt cōfessionem z restitutōem

Exemplum xv.

Eremite cuidam qdā vice occurrebant tres demones qs interrogauit quō vocarēt. primus dixit ego voco claudēs coz. z hoc facio qñ aliqs audito fmōe vellet pteri tunc claudo ei coz q suspirare nō pōt. Alt dixit ego voco claudēs os z hoc facio qñ aliqs vult cōfiteri z dñīū nostrū euadere tūc ego claudo ei os q cōfiteri nō potest. Tercius dixit ego voco claudēs bursaz q qs iniustas res restituere non pōt nec de iustis bonis elemosinaz facere z ita vniti sumus q vnus iuuat alterū inquantum potest.

Demones amplius nō sciūt peccata confessa.

Exemplum xvj.

Qdā canonic⁹ ordis pmōstratēsiuz duct⁹ fuit a priore monasterij ad fugandū demonē de obsesso z laudabilis vite erat. q viso diabol⁹ p os hois clamauit. Ego qdē de eo scio p pter q eū nō timeo. q cōfessus culpam minima tñ erat z ridēs ḡsiuit si demon de eo aliqd sciret. Rñdit adhuc aliq vestigia culpe apparēt in te z nō stimulus ē secutus q intelligēs stimulū corpalem disciplinā abijt z recepit disciplinaz z reuersus interrogauit vtrū de eo aliqd sciret. rñdit diabolus per iudiciū meū modo nihil scio de te.

Sacerdos confitebatur seruo in stabulo.

Exemplum xvij.

Miles qdam in villa qdam habitabat cuius vxorē eiusdez ville sacerdos p adulterium maculauit. qō cū miles audisset. qz vir prudēs erat verb nō facile credidit. nullāq de h mentionē facere voluit vxori sue vel sacerdoti veritatē verius volēs experiri non tū sine suspitione fuit. Erat aūt in quadā villa non multū a militis villa remota quidam obsessus in qto demon tam necē erat vt coram astantibus improperaret peccata q p confessionē verā nō essent detecta. Qō cum miles intellexit rogauit vt suspectū sibi sacerdotē vt ad colloquiū qdā secum ire non recusaret. z acq̄ euit sacerdos. Cū ergo venissent ad villam vbi obsessus erat conscius sibijpi sacerdos suspectum cepit habere militē quia eam nō latebat q obsessus a tam necē demone in eadē villa habitaret timēs vite sue si a demone pderet necessitatem naturē simulās intrauit stabulū ad seruū militis corā pedibus eius pstratus dixit. Rogo te xpē deus vt audias cōfessionē meaz quē seruus expauescēs leuauit. audiens q dicebātur ab illo. Facta vo cōfessione. cū sibi sacerdos aliquid iniungit peteret. Rñdit ille dicens. Quantū alteri sacerdoti p tali crimine iniūxeritis hec sit satisfactio vra. Sicq exiens securior cum milite ad ecclesiaz venit in qua demoniacus fuit. z req̄situs est a milite in hec verba noscis aliquid de me. hoc em ex industria fecit vt sacerdoti tam dicto tolleret suspitionem. cui dimon. Nescio quid respondeo. Adiecit. Quid videtur de isto homie. Rñdit nihil de eo scio. Et cū dixisset lingua teutonica. latine mox subiūxit. Instabulo iustificatus est quia tūc nullus aderat clericoz. Hec Cesarius in dial.

Quidā occultauit pctm magnū in confessione

Exemplum xvij.

Qdā heremite de⁹ dedit donū cognoscēdi corda hominū. Hic qdam vice venit ad ecclesiam vbi sacerdos audiebat confessionē z vidit heremita q homines intrabant nigri ad ecclesiam quos demones cū tubilo comitabant. angeli vo custodes tristes a remotis ibant. Et cū redirent a cōfessione tūc demones tristabant z recedebant ab eis z angeli leti accedebāt. Et int alios vnū aspexit quē demones ligata catena ad collum ducebant cū gaudio z angelus eis secutus erat remote. Hic accedēs cū alijs ad cōfessionem nigrimote. videns heremita accessit ad illū dominē z sibi visa enarrauit. Ac peccato⁹ pterritus dixit. Ego inquit deum in multis offendi z crimē magnū occultaui quod dum postmodū confessus fuisset demones abierūt tristes z angeli cum gaudio accesserūt ad eum. Hec viridarius in quodam sermone.

Diabolus vidit homines claros recedere a confessione.

Exemplum xix.

Sacerdos quidam cum tpe quadragesimali in ecclesia sua sederet z sibi cōmissoz subditoz confessiones audiret alijs recedētib⁹ atq alijs illic accedentibus inter expectantes quidam stabat quātum ad apparentiam corpore iuuenis z robustus confitendi tempus expectās. Omnibus igitur expeditis ipe nouissime accessit coram sacerdote genuflexit ad cōfessionem os aperuit qui tanta z tam enormia cōfessus est crimina tam multa homicidia. furta blasphemias. piuria. discordias. z alias hmōi similia quoz se actorem intentoz sine suggestoz esse dicebat. vt sacerdos tam horroze quam tedio grauatus diceret ad

ñū. Si mille esses annox nimis eēt tā grauia ⁊ tā multa te cōmisse pctā. Ad qō ỳbum ille rñdit. amplꝰ sum q̄ mille annox. tūc amplꝰ sacerdos territus ait. Quis ḡ ergo es tu. Rñdit ille. demō. Ego sum vnus ex illis qui cū lucifero ceciderūt peccamea ex minima ꝓte tibi cōfessus sum si velles audire residua q̄ sunt innūerabilia patus essem tibi ꝓfiteri. Sciēs aūt sacerdos pctm̄ diaboli eē insanabile dixit. Quid tibi cōe cū cōfessiōe o diabole. rñdit demon. Stabā ex opposito tui vidiq̄ a te peccatores accedere ⁊ redire iustos auscultans valde diligēter q̄d ille fecerūt ⁊ dixerūt. q̄d ve illis rūsuz sit. ⁊ q̄ post grauia pctā pmissa sit eis indulgentia pctōz vitaq̄ ēna. Ego ỳo idē sperās cōsequi veni pctā mea cōfiteri. Sacerdos ỳo exēplo. s. martini fiducialit rñdit diabolo. Si volueis vti ꝓsilio ⁊ age re de pctis tuis pniam pure sic hi q̄s hinc exire vidisti. sic em idulgētiā ꝓseq̄ris. Rñdit demō. Si tole rabilem mihi iniūxeris satisfactōnem parebo tibi. Ego inq̄t sacerdos valde modicā ⁊ minorē q̄ his q̄ añ te cōfessi sunt tibi iniūgā pniam. Vade igit ⁊ tribus vicib⁹ in die iacta te in trā. sicq̄ ꝓstratus dicas. dñe deꝰ creatoz meꝰ. ego pctōz peccaui tibi ignosce mihi. ℞ solūmō sit pnia tua. Cūq̄ diabolus diceret. nō possum ℞ facere nimis ē mihi graue. Rñdit sacerdos. Quare in tā modico grauaris. rñdit diabolus nō possum inq̄t intantuz me būiliari ei. Aliud q̄cq̄d iniūxeris mihi libēter suscipiā. Tunc indignatꝰ sacerdos sbiūxit. O diabole si tāta ē cozdis tui supbia. vt nec velis nec possis te in tā modico būiliare creatozi tuo recede a me. q̄ neq̄ hic neq̄ in futuro miam ꝓseq̄ris ab illo. Ad quā vocez ille diabolus mox euanuit. Hec Cesarius in dial.

Cōfessio liberat a morte tpali hoiem. Exēm. xx.

Apud ciuitatē attrabatēsiū iuuenis q̄dā extitit de eadē ciuitate natꝰ delicateq̄ ibidem ab infantia educatꝰ. ⁊ inter honestos clericos ꝓuersatus. Qui cū nō haberet aliq̄ō būficium ecclīasticū ⁊ mr̄ eius cepit egere. puduit euz manē cū illa. Inflatusq̄ spū diabolico ad domū cuiusdā diuitis argētarij venit cū dolo. Cui ⁊ dixit. mercatoz q̄dā diues venit in domū meā. volēs cōpare cypbos argēteos. calicē ⁊ alia q̄dā vasa de auro siue argēto fabricata. si q̄d ḡ de tali ope vendere voluerit i saccello pone. ēt tali hora solꝰ. qz secretū vult esse veniēs in domū meā. Argētarius igit de clerico bñ sibi noto nullā bñs suspitōem. vt inferat fecerat. tñ q̄ iturus erat familie sue notificauit. Quē cū clericus solū venientē aspiceret. retro ostiū se abscōdit. Intrātisq̄ cerebz diuisit ⁊ occidit. Velñ cū sozoze ygne hoiem mēbratim diuidentes in cloacam ꝓiecerūt. familia ỳo artificis cū redire tardaret. ad domū talis clerici venit. vbi nam dñs suus esset inquisiuit. Clerico ỳo cū sozoze rūdentib⁹ nō venit huc. circūspicientes vestigia fusi sanguinis reperierūt. Quib⁹ mox crimē homicidij imponentes accersitis iudicibus cū ī negare non possent. tū pfusi sanguis oīsione. tū thesauri reptione sniadata ē vt ābo in ignē mitterēt. Quid plura cū ducerēt ad penā. dicebat puella germano suo. fratꝛ ecce ad mortē quā meruimus ducimur. quā tñ euadere minime possum⁹. cōsiliū meū ēt de cōmisso scelere faciamus cōfessionē. vt saltē penam euademus eternā. Ad hec ỳba clericꝰ indignatus rñdit nō faciā q̄d eū mihi ꝓdesse posset ꝓfessio tā tarda. Illo nāq̄ indurato. puella petiuit sacerdotem. cui cū multa cōtritiōe ꝓfessa ē crimē. deiñ ambo ligati ad stipitē sunt vno igne copioso circūposito. Mira ỳtus cōfessionis. mira clemētia saluatoris. clericū desperatū mox flāma deuorauit. puellā ỳo non tetigit. neq̄ ꝓtristauit. neq̄ q̄cq̄ molestie itulit. vincula tñ eius sic legit de trib⁹ pueris ignis consumpsit. ita vt libere deambulare posset. Visso tāto miraculo iudices puellā innocentē estimantes iusserūt vt exiret. Sicq̄ p̄ cōfessionē incendij illius euasit ardorem. Hec Cesarius in dialo.

Confessio liberat hoiem a cōfusione tempali. Exemplū xxj.

Fuit vir q̄dā q̄ supradictū demonem audire nimis desiderās ꝓpē turpia q̄dā pctā q̄ cōmiserat appropinquare nō audebat. timēs sibi illa cozā oibus iproperari. ⁊ venies ad sacerdotem cōfessus ē vniuersa pctā. tñ volūtate peccandi retenta. factusq̄ ex eadem ꝓfessione securioz ad domū redijt. Mira res mox vt limē domus attigit ⁊ introspexit demon in aere exclamauit. Amice veni. veni huc. certe bñ te dealbasti. Et statim cozā oibus ibi exūtibus eū cōfundens pctā eius turpia licet ꝓfessa ꝓdidit. Et valde tristis igit effectus ⁊ cōscia accusante in se reuersus ad sacerdotē redijt cōfessionē reiterauit. ⁊ q̄ sunt gesta retulit. ⁊ qz de reliquo emendatius viuere vellet cozde pollicitus est deo ⁊ sacerdoti. Tunc sacerdos mox inq̄t. reuerte re securus nō te cōfundet amplius. Et fecit sic. Intrāte eo domū q̄dā ex circūstātibus dixerūt demoni. Ecce amicus tuus itez venit. Quib⁹ ille rñdit. q̄s ē. Illi inquiūt cui paulo ante tā turpia improperasti. Rñdit demon. Ego nihil illi improperaui neq̄ aliq̄d de eo mali noui. ⁊ estimabāt demonez fuisse mentitū bi q̄ ipius ignozauerūt ꝓfessionem. Sicq̄ per virtutē confessionis ille euasit notā confusionis. Hec Cesarius in dyalogo.

Mulier quę obticuit pctm̄ in confessione. ⁊ maria subuenit sibi. Exemplum xxij

Erat mulier q̄dam honeste ꝓuersatōis q̄ cuidā copulata habitu secl'ari. vitā tñ regulārē duxit. Verūtñ in adolescētia q̄dā flagitiū cōmiserat. q̄ nulli ausa eēt dicere p̄ pudore. ℔ dum sacerdoti ꝓfiterēt. palliata crimine sic concluderet de oibus q̄ dixi ⁊ q̄ nō dixi reddo me culpabilē ⁊ freq̄nter hec dicēs suspirauit grauit. Hoc tandē sacerdos cōsiderās callide tēptabat crimē elicere q̄ latebat. ⁊ dū non posset monuit vt ꝓxoi vicini monasterij suā cōsciam manifestaret seu reuelaret ⁊ ipi vt eam caute inuestigaret psuasit. Sed nec ille aliq̄d ex ea extorquere potuit. Solebat tū illa q̄ si quotidie cozā ymagine vel altari beate marie virginis p̄dictum lapsum cū fletibus aperire. Tādez cum sic mortua essz ⁊ cū exequijs filia eius que in remotioꝛi vicu erat expectaretur. Et illa tādem veniēs cuz vlulatu ⁊ fletu ⁊ gemitu sparsis crinibus amplexata corpus matris clamaret. Heu mr̄ cur me miserā deseris. ita vt astantes ad fletum ⁊ ad ꝑla mēta ꝓuerteret. Statimq̄ aia reuersa est ⁊ mulier

ꝙſt de ſomno eu ſigillās ait dño ſubdēte redixi. diſſolue velamina vt reſurgā. Qua ſoluta ſacerdos vocat crimē aperit. q̄ ꝓtinus ſe interceſſione btē virginis marie liberatā teſtās. cūctis aūt ad hoc miraculū cōfluentibus ait. Ego tortorib⁹ tradita ad penā trahebar ꝙ btā v̄go maria ſuccurrens dixit me ducentibus. cur ſuā ancillā ducere p̄ſumerent. Et vt cito donec a dño daret ſnia me deponerēt impetrauit. Quo facto accedēs ad filiū ſuum orauit dicens. Oro fili mi ne dānet aia illa q̄ ſuū corā me reatū deplorauit dicēs. Cui dñs. Noſti mr̄ q̄ ſine cōfeſſione ſaluari nō p̄t ꝙ tibi nihil negare poſſum reuertat & cōfiteat & ſic liberabit. mox miſſus angelus me reduxit facta ergo confeſſione reuertar. quo dicto ſignans ſe in feretro reclinato capite ſpūm ecōuerſo exalauit.

Diabolus inhibuit peccatori ne hoc pctm̄ amplius confiteret. Exemplū xxiij.

Q Vidā vir multū venerabat btām v̄ginem mariaz attū criminale q̄dāz cōmiſerat q̄ nūq̄ cōfeſſus fuerat. qz puduit eum dicere poſt multū v̄o tp̄is pnia ductus q̄ſiuit ſecretū locū & cōfeſſus ē deo dicens. Deus ꝓpicl⁹ eſto mihi pctōri ego cōmiſi tale pctm̄ q̄ nūq̄ auſus fui cōfiteri alicui hoi p̄ pudore. hoc cōfiteor tibi de⁹ & oro te vt ignoſcas mihi illud. Cūq̄ illud meditādo diceret apparuit ei diabol⁹ in forma ſacerdotis & dixit. q̄d meditaris. Qui ait. Ego mlto tpe celaui criminale pctm̄ q̄ puduit me dicere & dixit ad eum. Ego diuia miſeratione ad te miſſus ſum. & veni vt ꝓfitearis mihi. & ſtatim ꝓfeſſus ē. & dixit diabol⁹. ℔ iniūgo tibi vt ℔ pctm̄ ap̄lius nūq̄ cōfiteaꝛis & credas tibi eē remiſſum q̄ ſtatim ꝓmiſit ſe ℔ factuꝝ. Cumq̄ vir ille veniret ad extremā horā vite angeli cōtendebāt cū demonib⁹ p̄ aia illius. & dixerūt demones. Scriptū ē em̄. qz dñs dicit. Qualē te inuenio talē te iudico. Sm hec dicta nr̄ ē. qz in mortali pctō inuētus ē. & ſuſcipiētes aiam deduxerūt ad inferos cū gaudio. Cūq̄ veniſſent ad portas inferni occurrit eis btā v̄go maria & dixit. qz doloſe deceptiſtis eū ne confiteret mortale pctm̄ q̄ cōmiſerat p̄cipio vob⁹ q̄ tremendū dīe iudicij vt aiam eius ad corpus reducatis q̄ illud pctm̄ q̄ ſe ſperabat per illuſiones vras emēdaſſe recipiēdo vitam emendet Qui ſtatim aiam reduxerūt ad corpus & reuixit & plene ꝓfeſſus ē & deo ſatisfecit. Hec Arnoldus.

Mulier nobilis que non plene confeſſa eſt. Exemplum xxiiij.

D Vo frēs quoꝝ vnus erat penitentiarius domini pape. Alt vo inocēs & pius & diſcurrebāt ad p̄dicandū. Tandē recepti ſunt ſemel in q̄dam caſtro cuiuſdā nobilis matrone vbi celebrauerūt vū gauiſa dña illa cogitauit dicēs. ne quaq̄ oportet te hos formidare nec verecūdari. ſecure poteris his cōfiteri cuꝝ ſint peregrini & ignoti. & ſic vni eoꝝ dū confiteret ad ſingula peccata de ore eius exiuit bufo peſſimus. egrediebat etiaꝝ ab eccia ſaltando. Tandē enorme peccatū dum confiteri voluit de ipius ore terribiliſſimus draco caput ſuū emittere cepit exire non tū valuit quia verecūdia deuicta illa crimē celauit. Ideo bufones omnes antea expulſi cū terribili draconе redeuntes in os eius intrauerūt vt prius. Fratribus aūt recedentibus narrauit minor penitētiario illi quo modo tantaz ſeriem vidiſſet in ſpiritu. vnde territus penitētiarius ad dñam redit exhortādam quā defunctam inuenit. vnde contriſtati fratres ieiunijs & oſonibus ſedule inſiſtunt donec die tercia nobilis defuncta apparuit illis draconem horribilem equitando cuius collū duo crudeles ſerpētes amplexando cingebant & vbera eius ſuggendo dentibus diripiebam. cuius etiā oculos duo bufones horribiles poſſidebāt & ex ipius ore ignis ſulphureus fetidiſſimus emanabat fetore intolerabili plenus. Eius etiā manus a duobus magnis canibus deuorabantur. & eius aures ſagittis igneis replebantur. cuius etiā caput lacerte venenoſiſſime corrodebāt. vnde fratres territi corruerūt. Quib⁹ illa. Amici dei omnipotētis ne timeatis nā ego q̄dem ſum illa infeliciſſima multoꝝ pctoꝝ vob⁹ p̄die confeſſa ficte & nō integre. qz vnū pctm̄ q̄ cū conſanguineo meo cōmiſi verecūdata in confeſſione celaui ideo perpetuo damnata ſum. Quā penitentiarius ex parte dei & dñi nr̄i ihu xp̄i adiurauit primo quid illa pena ſignificaret ſibi innueret Ad̄dit illa capitis mei lacerti puniūr me pro capitis ſuperfluo ornamento. Bufones oculoꝝ puniūr illicitos aſpectus. Sicr ſagitte puniūt nepharios auriū auditꝰ. Sicr igne ſulphureo punit os meū ꝓpter blaſphemias & diffamatōnes & ſcurriles vanaſq̄ cantilenas & oſcula turpia et vaniloquia et immūda v̄ba a q̄bus os meū non cohibui. Sicr ꝰ illicitos & impudicos meos tactus et amplexus ſerpentes vbera mea ſugunt & mordent & cingūt meum collū. Canes v̄o manus meas corrodūt quas extendi ad nutriendum ipos canes & ſubtrahēdo pauperibus xp̄i & quia eas anulis & gēmis luxurio ſe ornaui. huc etiā crudeliſſimū draconē equito ꝰ concubitos luxurioſos a quo viſcera & mulieb⁹ mea intolerabiliter cōburūtur cuꝝ tibijs et genib⁹ & femoribus. Cui penitentiarius ait. Que ſunt peccata q̄bus hoies plurimū dānant. Ad̄dit illa. Homines maſculini ſexus cūctis pctis mortalib⁹ dānant. Mulieres v̄o p̄cipue ꝓpter quatuoꝝ genera pctoꝝ damnant. ſ. lingue & ornatus ſuperflui. ſordide & ficte cōfeſſionis ꝓpter nimiā verecūdiā. Heq̄ ſpondit nō & ſubito draco terribiliter cruciās eam ad infernum traxit & ſic euaſit.

Caſtigatio corpis non ꝓdeſt ſine confeſſione. Exemplum xxv.

V Irgo q̄dam punivit ſeipam arduis exercitijs orādo. ieiunādo. vigilādo. & flagellādo ſeipam. & demoniacus riſit & eā ſubſannauit. & ſacerdos queſiuit cur rideret. Ad̄dit. quia illa virgo eſt in pctō mortali & puniendo ſe ad infernū vadit eo q̄ non ē cōfeſſa quedā occulta peccata & credit ſe ſatisfacere ſine cōfeſſione. & ſacerdos indicauit ei que a demone audiſſz & ipſa fatebatur q̄ ſic eſſet ſicut demon ei retuliſſet & poſtmodū plene eſt confeſſa & ſaluata.

Diabolus interrupit v̄ba cōfitentis i extremis. Exemplum xxvj.

Fratri cuidã infirmo terribilẽ equũ appũit q̃ pedib⁹ posteriorib⁹ caput eius ꝛ facie ꝓquassabat. Cunctꝫ ille clamaret. O frẽs succurrite ꝛ ꝓpter deũ amouete a me illũ equum maximũ qui me calcab⁹ suis intundit. Accedit ad eũ abbas ꝛ cũ inq̃sisset cãm clamoris. ille q̃si dixisset equũ q̃ eũ ꝓtinue infestabat. Tunc abbas aqua bñdicta locũ aspsit. ꝫ nihil ei ꝓfuit. Tandem horatus est eum ad confessionem. Qui cum incipere confiteri liberabatur ab infestatiõe equi. Sz mox astitit ad caput eius dyabolus in specie viri ꝛ interrupit confessionem eius. Ad que conuersus frater infirm⁹ ait. Quid me ipedis. aut dic q̃ volo dicere aut sine me dicere. Cũctꝫ interrogaret ab abbate cui loq̃ret ait. Ecce quidã vir quẽ ignoro dicit omnia mala que gessi. Sicꝫ narrat vt me ea ꝓ ferre non sinit. vera dicit. sed me loquentem impedit. Abbas ipsum esse dyabolum intelligens. horabatur fratrẽ plene ꝛ perfecte confiteri. Tandem confessione terminata ꝛ absolutione percepta ab omni impedimento liberatus est. ꝛ aliquantulũ superuiuens vitam in pace finiuit.

Obstinatus quidam noluit confiteri et dixit infernum non esse.

Exemplum. .xxvij.

Princeps q̃dã duxit malã vitam quẽ cuz horraret vxor eius ad ꝓfessionez dicebat nõ possum ꝓfiteri. q; timeo q̃ ḡuis penitentia det mihi. Cui vxor. Et quõ sustinere poteris penas inferni que ḡuiores sunt ꝫ aliq̃ pene huius mũdi. Cui ipe. Putas q̃ infernus sit. Sacerdotes eñ ista adinuenerũt vt timeant. Que videns q̃ nihil ꝓficeret circa eũ dimisit eũz in pace. Quadam nocte cũ iaceret in stratu suo demones venientes ꝛ accipientes ipm de lecto suo ad infernum deportauerũt. Vxor eius videns hoc. q; scia mulier erat orauit deũ vt sibi reuelaret statũ viri sui. Et ecce mane surgẽs corp⁹ viri sui inuenit quasi titionẽ denigratũ. ꝛ in manu ĩram in q̃ erat scriptũ. Jam certificatus sum q̃ infernus est. ꝛ timor quez habui ad agendum penitentiam me illuc deportauit.

Religiosus quidaz dedit oñia sua bona opa pro peccatis hois obstinati. Exñ. xxviij.

Peccator magn⁹ nullaten⁹ volens ꝓfiteri tandẽ vxor eius vidit duos fratres ire añ domũ suã q̃s ad se vocauit ꝛ dixit. Uide te dilecti frẽs si aliq̃ mõ potestis virũ meuz ad confessionem inducere. Ad quem cum accessisset frat senior nihil ꝓfecit. Tandẽ accessit alter q̃ dixit ad eũ. Cuiusmodi hõ fuistis vos. Rñdit ille. Ego mercator fui. Cui frater. Et velletis hodie facere somz in q̃ mecũ lucremini centũ marcas adhuc ante vesperas. Rñdit ille vticꝫ. Cui frater. Pos est vt qui vendit vel emit oportet vt oñdat rem quã vẽdit suo emptori. Ego aũt facia vobiscũ foꝛ hodie ꝛ do vobis oñia mea bona opa q̃ vnq̃ feci in ordine meo q̃ sunt ieunia. orões ꝛ p̃dicatiões. ꝛ oñia que feci hec habete oia p oib⁹ pctis vris. Nõ oñdite mihi pctã via. Tunc ille incepit oia dicere que fecit. Et cũ ille audisset. assignãs oia bona voluit recedere quem ille cũ lachrymis tenens p pticã rogabat dicens. Dñe dilecte illud foꝛ sit. modo ꝓmo audite meã confessionem. ꝛ tunc cepit cũ tantis lachrimis confiteri. q; omnes stupebãt de tam subita mutatione q̃ illud coꝛ tam durum ita cito mollificatũ fuit per istum ignem spũssancti.

Qui scienter querunt simplices confessores.

Exemplum. .xxix.

Erat quidã peccator q̃ q̃siuit cecũ ꝓfessorẽ p tres leucas. vt eũ nõ posset videri vl cognoscere ꝛ tales qui sic querũt simplices confessores relictis bonis sibes sunt ꝑditoꝛi ide. qui q̃ penituit nõ fuit cõfessus melioꝛibus sacerdotibus. s. apostolis. ꝫ phariseis qui erant principes sui criminis dicens eis. Matth. xxvij. Peccaui tradẽs sanguinez iustuz. In quib⁹ nil consilij vel auxilij inuenit. sed augmentũ magnum sui doloꝛis sue desperationis. cũ ei dixerũt. Quid ad nos tu videris. Querat ergo ꝓfitens bonũ ꝓfessoꝛez et sapientem qui discernere sciat inter lepꝛã ꝛ lepꝛam qui sicut peritus medicus varijs infirmitatib⁹ sciat competentes et ꝓprias adhibere medicinas. Alioquin si cecus cecuz ducit ꝛc. Matth. xv.

Item plura exempla de confessione. quere in discipulo de tempoꝛe.

Filia regis que a scriptoꝛe suo concepit puerum quã necauit. ꝛ sp in ꝓfessione obticuit. ꝛ sic dã nata est. hoc quere in discipulo de tẽpoꝛe. xliij. C.

Item mulier que vendidit ferruz ꝛ in confessione dixit bona opera sua. ser. cvj. C.

Duo mercatoꝛes ꝓfessi sunt q̃ sine mendacio non possunt vendere. quere. sermo. cxxxiij. C.

Confirmatio.

Cecus non confirmatus custodiebat vaccas.

Exemplum xxx.

Erat in villa q̃dam. cecus quidã q̃ ꝛ vaccas totius ville in pascuis custodiebat. Repellebat a frugib⁹ ꝛ ad certa loca pascuis vberioꝛa ducebat. ꝛ q̃ maioris erat ꝑdigij colores ꝛ staturas singulaꝝ vaccaꝝ spẽaliter discernebat. Verbi gratia. vt si quis vaccã talis coloris ab homine perdidisset sine difficultate vaccam apprehensam comibus sibi obtulit. Ad locum autem illum cum quidam episcopus peruenisset ꝛ de ceco illo audisset talia. ꝛ ꝓbasset. quesiuit ab illo si cõfirmationis sacramentum ab episcopo suscepisset. Et ille non inquit Nec moꝛa episcopus confestim confirmauit cecum ꝛ moꝛ ab eo vaccarum discretio est ablata quoniam demonum operatione hec fiebant. Hec Guil. in lib. de apibes.

Consilium dyaboli est fugiendum.

Exemplum. .xxxij.

Erat quidam bonus vir ꝛ simplex ꝛ valde cui dyabolus in specie ꝛ visione angelica apparebat. Et dixit diuersis quidẽ modis voluntatibus fluctuas ꝛ quid facere debeas ignoras. In hoc ergo missus sum ad te. vt amplius meo fruaris consilio ꝛ omne aliud consilium postponas. Quacunq; autem hoꝛa prodideris me consilio meo ꝛ clara visione mea carebis. Hunc cum astutus temptatoꝛ in familiaritatem assumpsisset sibi ei persuasit et eum inclinauit vt seipsum deo offerret. et vitam ꝓpriam sibi ꝓpter deum au-

ferret z occidēdo seipm in sacrificiū. ꝯ miseratio diuina eū puenit z tali remedio euz liberauit. erat in nico eius vicin⁹ senex sagax ingenio. exptus mīta cui ille pfiteri pſueuerat priusq̄ in laqueū dyaboli incidisset. Hic vt vidit hominē solitariū incedere z absentantem se ab omni societate bonorum allo quebat eum in hūc modū. Miror charissimi cui⁹ tam diu fruaris pſilio z mutatis pristinis moribus nec cōfiteri te video neq̄ loqui cū spūalib⁹ viris ne q̄ pdicationem ecclesiasticā frequentare. videas ꝯ ne decipias teipm z irretiaris laqueis dyaboli tentatoris. z ego quidē te simplicem noui z facilē q̄ te solū z puatū pſilio callid⁹ hostis elidat z non habeas sublenantē. Ad cui⁹ verba homo mox rubore pfusus credebat illi q̄ gesta sunt p spiritū patuisse cōmotusq̄ z effusus in lachrimas arguenti se totam pſciam patefecit. nec mora cōsilio illi⁹ a tentatione solut⁹ est z p pſeqns a tentatore. Hec Guil.

Dans scienter malū pſilium redūdat in ipm

Exemplum. xxxij.

Quidam artifices ad multiplicandū lucra vel ꝓpter fauorē potētū sbtilitatē suā conant etiā oīdere in nouis ad inuentōnibus q̄ sunt in pīudiciū alioꝝ. Itē plerūq̄ ex permissione diuina sup eoꝝ capita reuertunt. Vnde refert Oroſi⁹ q̄ tpe q̄ valeri⁹ crudelis mente in cylicia tyrannidē suā ꝛpianos ꝓpter fidē catholicā exercuit. Quidā artifex cupiens ei placere eneum thauruz fecit cui fabrice ianuā in latere thaurī posuit ad intrudēdos ꝛpianos vt inclusi ibi subiectis ignib⁹ torquerent in thauro. z ꝓpter cōcauitatem magis mugire ꝯ voces humanas pdire audirent qō fecit tyrann⁹ sic fieri. Sed ex ordinatiōe diuina ipm artificē pmitus intrusit z ignem magnū supposuit volens audire mugitū suū z sic malū consilium suum in caput suum redundabat.

Consuetudo.

Lubric⁹ quidā abstinuit p mēsez z itez p mēsez.

Exemplum. xxxiij.

Quidā bō lubric⁹ q̄ inducē⁹ a suo pfessore vt sibūplvim faceret z saltē p vnū mēsem resisteret illi vicio z cōtineret se a fornicatōe z tūc rediret ad ipm. qō ille pmisit z fecit. cū aūt fuisset reuersus ad pfessorem suū itez rogauit vt a peccatis abstineret p mensem aliū z iteruz rediret ad ipm. qō z fecit. Cumq̄ fuisset reuersus et interrogat⁹ a pfessore quō se iaz hꝫet. dixit se min⁹ passionari a vicio luxurie. Itē pfessor obtinuit longius spaciū ꝓtinēdi. q̄ vltimo reuersus dixit āpli⁹ velle caste viuere qō fecit. vñ Aristo. de regi. pnct. Mutatio pſuetudinis nō erit subita sed successiua

In discipulo de tempore.

Cardinalis qui ex rogatu. s. bernardi abstinuit primo a peccatis per tres dies z postmodum p quatuoꝛ sic de alijs. Hoc quere in discipulo de tēpoze. sermone. cxxxj. ℔.

Contritio.

Scolaris quidā scripsit peccata sua in cedula.

Exemplum. xxxiij.

Qat quidā iuuenis in studio parisiēsi q̄ suggerēte būani generis inimico talia q̄ daz pctā pmiserat q̄ obstāte erubescētia nulli hominum confiteri poterat. cogitans tamen que tormenta malis sunt parata z que bonis ostēdenda sunt gaudia pennis vite timens quotidie iudicium dei super se venire intus torquebatur remorsu pscientie z foris tabescebat in corpe. q̄d plura. tandem miserante deo in adolescente timore illo seruilis verecundiam vicit z sicut seta filum sic charitatem in cor eius z animam introduxit. Nocteq̄ ad sanctum Victorem et pīorem eiusdem conuentus vocauit. quia confitendi gratia adesse nisset indicauit. Ille paratus ad tale officiuz sicut omnes fratres sunt eiusdem monasterij statimq̄ venit in loco deputato ad hoc sedit premissaq̄ exhortatione iuuenem confiteri volentem expectauit. Mira res tantam in hora eadem pius dominus cuius natura bonitas. cuius voluntas potestas est. cuius opus misericordia est. cordi eius cōtulit contritionem vt quotiens confessionem incliperet totiens singultibus intercepta vox interciperetur. in oculis lachrime. suspiria in pectore. singultus erant in gutture. Hec vt pīor vidit dicebat scholari. Vade scribe peccata tua in cedulam et defer ad me. Placuit consilium iuueni. abijt et scripsit. die altera redijt z si posset confiteri iterum tentans vt prius defecit. et cum nihil proficeret cedulam pīori porrexit. legit pīor z obstupuit. dixitq̄ iuueni. Non sufficio solus tibi dare consilium vis ostendam abbati z licentiauit eum. Venit itaq̄ pīor ad abbatem et porrexit cedulam ad legendum rem ei per ordinez exponens. Quid deinde gestū sit audiant peccatores z cōsolent desperati. Nocte vt cedulam ad legenduz appertuit totam eius scripturam deletaz inuenit. Impletumq̄ est in eo qō dominus per Esayam prophetam dicet. Delebo vt nubem iniquitates tuas z vt nebulam peccata tua. et ait abbas pīori. quid legam in cedula ista quia nihil in ea scriptum est. Hec vt pīor audiuit cedulam simul cum abbate inspexit dixitq̄ ad illum. Sciat pro certo paternitas vestra supradictū iuuenem in hac cedula scripsisse peccata et cum a me fuisset lecta vobis etiam donari legendaz. Ex vide q̄ misericors deus qui maximaz illius iuuenis contritionem attendit. culpam eius sufficienter punitam iuste deleuit. Deletio enim scripti absolutionem significat totius peccati. Et vocantes scholarē oīderunt ei cedulam dicētes ei pctā dimitt⁹ esse deleta. Quā cū pspexisset z ex signis plene ꝓgnouisz intrantū cor eius ex magnitudine gaudij est dilatatū inquantū prius magnitudine tristicie fuerat angustiatū z nullā ei inīugētes satisfactōes ꝯ monuerūt quatin⁹ deo de pceptis būficijs gras ageret atq̄ decetero cautius viueret. Hec Cesari⁹.

Contritio iudeos elingues fecit.

Exemplum. xxxv.

Anonicus quidā in anglia z consanguineus episcopi quandam puellam speciosam iudei filiam ad amorem suum inclinauit. Ad cui⁹ amplex⁹ dū aspiceret z nimis estuans eam quotidie ad commixtionem sollicitaret. Rndit illa. Patri meo multum suz dilecta q̄ tantis me custodit z neq̄ ego ad te neq̄ tu ad me venire possis nisi i nocte. vi. ferie. q̄ pascaliz pcedit tūc ei

fudei laborare dicunt q̃daz infirmitate qui fluxus sanguinis dicit circa quã occupati alijs tũc min⁹ intendere possunt. Juuenis hoc audiẽs z ob amoris nimietatẽ xp̃iane religionis pene oblit⁹. z ime mor dñice passionis. eadem nocte ad virginem vento pater puelle ante lucẽ cũ lũine cubiculũ intrãs venit cuz lumine ad lectũ filie. volens videre quõ faceret vel si forte operiri necesse haberet. Videns aũt ad latus eius iam dictũ iuuenez cubantez. expauit. z tremuit occidere vtrũq; cogitans. Cognoscens tamen q; esset cognat⁹ episcopi timore illi⁹ manũ cohibuit z cũ multa ira exclamauit. Quid facis hic o male xp̃iane vbi est fides tua. vbi est religio tua traditus es iusto iudicio dei in man⁹ meas z si non timerẽ dñm meũ episcopũ. mõ occidere te. Ille timens z veniã postulans cũ maxia cõfusione vt dignũ fuerat eiect⁹ est. Die igit eadẽ cũ eps solẽne officiũ ad nonã esset celebraturꝰ. p iuuenis idẽ vtpote hebdomadari⁹ epistolã eẽt lecturus timuit cũ tã imũda pscia ad sacrũ mysteriũ accederet. timuit ꝓpter notã vicẽ suã alteri ꝓmittere. timuit tã turpe pctm̃ raz recenter p actũ p pfessionẽ apire. vict⁹ ꝑ inde erubescẽtia sacris vestib⁹ indut⁹ cũ cozã eps staret in loco suo. tũc supradict⁹ iude⁹ cũ multitudine iudeoz stipat⁹ cũ magno strepitu intrauit ecclesiã. eps de ꝓgnato volens facere q̃rimoniã. Quẽ vt iuuenis vidit z bene intelligeret ad q̃d veniret. cepit timere. pallere tremere z dicere ẽo in corde suo. Dñe de⁹ libera me in hac hora et ego tibi ꝓmitto q; de cetero te nõ offendã. imo de hoc peccato tibi satiffaciã. Creator pijssim⁹ q̃ odit culpaz z diligit iusticiã mox vt hoiez contritũ vidit cõfusionẽ quã timuit in caput iudeoz infidelitũ convertit. Mirãte eps q̃d q̃rerẽt iudei in ecclesia maxime tali die qñ xp̃iani dñi sui repñtant passionez. iussit vt starent. Illis vero ampli⁹ et⁹ pũite ingrentibus stacim vt ora ad clerici accusationez aperuerũt. ꝓbati sunt suis vocib⁹ z obmuuerũt. Videns eps ora iudeoz ꝓtra biantia. z nulla verba ex eis resonantia. putãs q; ad hoc veniss̃et vt diuinis mysterijs illuderent cũ indignatiõe oñes de atrio ecclesie expelli precepit. Clericꝰ vero diuinaz in se expert⁹ clementiã statim expleto officio accessit ad pontificẽ. confessus culpã suscepit penitentiã. Eps dñi misericordiã admirans z glorificans tanti pretio q̃suasit. vt puellã a se defloratã ꝑ baptismi graz renouatã legittime duceret. mallens illũ sicvir pi⁹ z iust⁹ ecclesiasticis carere beneficijs. q̃ illã multis expositis piculis in paternis menere delictis. Clericꝰ ergo non ingrat⁹ diuinis beneficijs satisfacere cupiens deo ꝓ peccato cõmisso conuersus est. et postea in ordie nostro similiter z ei⁹ instinctu puella vitã duxerũt. Ecce vides q̃tuz bonuz operata sit in homine illo contritio. lapsuz erexit. iudeos eius gues fecit. puellam infidelem ad fidem ꝓuexit. Hec cesarius.

Item alia exẽpla de contritione. quere in discipulo de tempore.

Mulier que ꝓcepit a ꝓpio filio z postmodũ ostendit se in camisia dño apũico Innocentio in signum obedientie et vere contritionis ser. xliij. N.

Item miles qui peccauit cum filia ꝓpria z eps iniunxit sibi septennẽ penitentiã. z postmodũ ꝓpter suam magnã contritionẽ diminuit sibi illaz penitentiam vsq; in vnum pater noster. Hoc quere in discipulo de tempore sermo. xliij. F.

Malus homo qui dixit in agone. deus tu scis voluntatem meam. quere sermo. cxxxiij. T.

Correctio fraterna.

Dulcis fraterna correctio ꝓficit malis.

Exemplum. .xxxvj.

Quodaz tpe abbas Macharꝰ dũ ad mõtem nitrie ascenderet discipulo suo vt parum precederet imperauit. Qui cum asillum preiret. obuiauit cuidam sacerdoti ydolozũ cursu concito venienti z lignum grande portanti. Cui exclamãs ait. Quo curris demon. Ait ille iratus tantis plagis eum affecit. vt exanimem pene eum relinqueret. Et relicto eo sacerdos ydolozum iterum currebat. ꝓgressusq; pax obuiauit. b. Macharío. q̃ ait ad cũ. Saluerís labozatoz saluerís. Et ille admirat⁹ rñdit. Quid in me boni ꝑspexisti vt ita me salutes. Cui senex ait. Ego vidi te laborantez z currere ignozãter. Cui sacerdos dixit. Et ego salutatione compunctus magis dei te seruum esse cognoui. Nam alter nescio quis mirabilis monachus mihi occurrens iniurias fecit. sed ego illi plagas ꝓverbis imposui. Tũc tenẽs pedes Macharij ꝓclamabat dicens. Nisi me monachum feceris non desistam. Pergẽtesq; pariter venerũt ad locum in quo cesus frater iacebat. quem vtriq; tollentes. quia gradi non poterat. manibus in ecclesiam pertuleruut. Cum aũt ceteri fratres vidissent sacerdotem illum beatum machariũ comitantem stupefacti monachum eum cum admiratione perficiunt. Ac multi ꝓpter illum ex paganis facti sunt christiani. Dicebat aũt Abbas macharius quia sermo superbus z malus etiam bonos viros conuertit ad malum. Sermo vero humilis z bonus etiam bonos mutat in melius. Hoc in vitaspatrum.

Adolescens post obitum suum regratiabatur correctori suo.

Exemplum. xxxvij.

In monasterio nigri ordinis puer quidã nobilis traditus est a parentibus disciplinis regularibus educandus. Et quia puer decoz⁹ erat forma et alijs nature donis. Et super talem etatem morum honorificentia gratiosus. Seniores z maxime qui officijs ꝓerant puero vltra q̃ necesse erat habenas liberas relaxabãt Prior autem qui conuentum sub abbate regebat discretione regiminevt etati eius prodesse putabat Ipsi per optime nature in talibus indulsit. Quia vt dicit pgilosophus. Pueri non tantum mouendi sunt sed horandi. Aggressus est ideo aliquãtulum insolentẽ puez verbis interdũ vberib⁹ etiaz ab illicitis refrenare. Qui puer ad omnẽ informationẽ boni q̃si mollis cera pri⁹ correctõz accipiẽs in adolescentẽ scim̃z pfectũ creuit z circa viginti annos etate finita mortuus ꝑ apparuit ei di. Tue

correctioni gratias ago prior q̄ mecū p̄uidentiam hāc egisti ne insolētia puerili paulatim defluerē et tandē quenirē ad dānationē. Hec vt vidit aia btā tāto resplēduit fulgore vt vix in loco angul⁹ remaneret qui ab illo lumine expers foret. Hec Guil.

Juuenis charitatiue correctus valde profecit.

Exemplum. xxxviij.

Quidam iuuenis religionē ingressus ceteros pctis suis scādalizabat q̄ charitatiue correctus ab abbate intantū profecit q̄ charitatiuis obsequijs q̄tidie famulabat fribus ita vt etiam pulueri pedū ipsor deuote tergebat.

In discipulo de tempore.

Duo fratres in vno monasterio vnus fuit gr̄osus t acceptus. Alius semp accusabat t corrigebatur in capitulo t idem frater post obitum suum statim iuit ad celum t alter ad purgatorium. Hoc q̄re in discipulo de tempore sermo. lxij. H.

Quidam monachus raptus est et vidit duos prelatos accusari et vnus ex correctione emendauit se t alter spreuit ammonitiones t subitanee defunctus est. Hoc quere sermone. lxiij. E.

Crux sancta.

Signum crucis vincit demones.

Exemplum. .xxxix.

Nobilis quidam erat q̄ multa p̄misit cipriano mgr̄o in necromātia vt sibi procuraret puellā noie Justinā quam cōcupierat hr̄e in vxorez. dyabol⁹ iudex a cypriano seducere puellā. Accedit dyabolus in spē nutricis t psuasit ei. Illa sentiens se tentari muniuit se signo sancte crucis t statim dyabol⁹ fugit t redijt ad cipianū dicens q̄ nō posset eam seducere. At ille vocans fortiorē demonē t misit eū q̄ eā in spē sororis accessit t huic prigit sicut p̄mo. Tandē iussit mgr̄m demonū q̄ accessit ad puellā in spē mr̄is t cepit flere dicēs se male tractādā nisi psentiat nobili mōstrauit māmillas q̄b⁹ eā lactasse dicebat. Tādē puella mr̄tū tētata signo crucis se muniuit t cōfusus demon recessit reuersus ad cipianum oia t ordinē coactus retulit. Nō audiēs cyprianus ait. Abrenūctio tibi t oib⁹ op⁹ tuis t credo in illū cui⁹ crux tantā hz efficaciā. Credibile est em̄ q̄ ipe hēat maximā vtutē cui⁹ crux hz tantā potentiā. Irat⁹ demon volēs cyprianū ap̄hendere t affligere t ille munies se signo sancte crucis demonem fugauit. Accessit aūt sctām iustinā t pstrauit se ad pedes ei⁹ et retulit ei oīa t baptizat⁹ est t tādē martyr xp̄i effect⁹. Qui cū ad passionē traheret a tortorib⁹ āmonitus est vt nomē xp̄i negaret t vitā sic saluaret. Rūdit hoc nō posse fieri q̄a nomē Jesu xp̄i esse scriptū in corde suo. Tortoribus hoc experiri volētib⁹ cū cor ipsi⁹ scinderēt inuenerūt p modū crucis aureis lr̄is nomen Jesu xp̄i. t hoc in omni scissione siue in longum siue in transuersum t idem martyr cyprianus in vniuerso mūdo i dibus missis q̄tidie nominat.

Puella quedā cū lactuca comedit dyabolū.

Exemplum. .xl.

Puella quedā in hortū ingressa que lactucā pspicies depinxit eā t in signo crucis oblita bñdicere aude momordit. Ex arrepta a dyabolo protin⁹ cecidit. Cūq̄ sic vexaret sancto equitio nunciatū est vt veniret cōcitus t orādo succurreret moxq̄ hortū idē p̄ ingressus est cepitq̄ ex ore ei⁹ q̄st satisfaciēs clamare ipe dyabolus q̄ hanc arripuerat dicēs. Ego q̄d feci. Sedebā em̄ sup lactucaz venit illa t momordit me. Qui vir dei cepit vt abscederet t locū in oipotētis dei famula ampli⁹ nō hr̄et. Qui ptinus abscessit nec eam vltra contingere preualuit. Hec Gregorius.

Item conuersus qui vinum bibit sine licentia in ciuitate t dyabolum bibit cum vino t sic obsessus est. Hoc quere infra. xvj. D.

Cruce signatis Maria offert filium suum. xlj.

Exemplum.

Cruce signatis datur filius btē virginis. Jacob⁹ de vtriaco de seipo scribit dicens Cū ego semel in p̄uincia deuoti viri fratris symonis cōuersi cisterciensis ordinis crucē predicarem multiq̄ relictis oib⁹ ad crucē p̄uolarēt. Rogauit dn̄m nr̄m iesum xp̄m vt sibi oīderet q̄le premiuz crucē signatis daturus esset qui statim rapt⁹ in spiritu vidit beatam virginem filium suum tenentem t quicunq̄ contrito corde t confessus crucem accipiebat filium suum illi dabat.

Mulier quedam voluit retrahere iuuenem cruce signatum t manus eius contracta est. .xlij.

Exemplum.

Doctor sacre theologie cū p̄dicaret crucē in anglia. iuuenis accensus zelo fidei assumpsit crucem. t mulier que eundē hominē dilexit volēs eū retrahere p pallij. statim manus ei⁹ ꝛcta est. Que flens clamauit heu heu manū amisi. t ex inforatiōe deuoti viri p̄misit ap̄lius oēs p̄mouere crucē assumētes t contra hereticos transeuntes t conuersio sanata est manus eius.

Mulier voluit retrahere iuuenem ab assumptione crucis et excecata est. xlij.

Exemplum.

Puella q̄dam iuit ad castrum ⁊ dyabol⁹ in specie hominis dissuasit ei. ⁊ postmodū dixit diabol⁹ suasit mihi. q̄re sermone. cxxxj. R.

Exemplum

Qui peccant in exemplis alior̄.

Exemplum xlij.

Quidam epus noie leopoldus solo q̄dem nomine epus. ope aūt tyrann⁹. Dic cum esset vanissimus nihil in se habens pietatis vt relig̃onis. Quodā tempore dicebat ei germanus su⁹ nobilis. Dñe episcope multū scandalisatis nos laicos malo exemplo vr̄o. anteq̄ essetis eps aliq̄n deū timebatis. mō nihil de eo curatis. Cui ille rñdit. fratres duo erant vicini ex q̄b⁹ vn⁹ exemplo alteri⁹ peccauit. Mortui aūt sunt ambo ⁊ ducti ad infernum. Cū igit̄ essent in tormentis. vnus alteri dicebat. vae tibi. q̄ tuo exemplo p̄uocatus ad peccandū meruit hunc locū Cui alter. bone vicine si tibi ampli⁹ placet sedes mea. trade mihi tuā ⁊ ego dabo tibi meā. Sic dico vobis frater q̄n venerim⁹ ad inferos. si videbit vobis sedes mea honorabilior q̄ vestra ascendite eā ⁊ ego recipiam vestram. Respondit ille. Mala consolatio hec est. Hec Cesarius.

Exemplum bonū p̄uocat malos ad penitentiam.

Exemplum xlij.

Beatus dominicus quadam vice cū fret cū alijs religiosis ⁊ sacerdotib⁹ ad disputandum contra hereticos ⁊ dubitarent de via q̄sierunt a quodā quē credebant catholicū q̄ reuera hereticus erat. Optime inq̄t ⁊ libenter nō solū viaz ostendā q̄ ⁊ etiā vos illuc p̄ducam. Ducens ergo eos p quoddam nemus fecit eos intantū malicioſe errare p spinas ⁊ vepres ducendo. q̄ pedes eor̄ ⁊ crura fuerunt sanguine cruentata. Vir igitur dei patientissime hoc ferens ⁊ in q̄ndam iocunditatē p̄rumpēs ois ad laudem dei ⁊ ad patientiā hortat⁹ est dicēs

Carissimi sperate in domino q victoria nobis veniat. Jam em̃ pcta nr̃a q sanguinem purgant. Ille vo hereticus cernens mirabilem t letã eox patientiam t viri dei vbis bonis t exemplis bonis cõpunctus fraudis venena detexit. t heresim abiurauit. et vitam laudabilem postmodum duxit.

In discipulo de tempore.

Latro cui iuuenis monachus seruiuit in claustro t comedit panem t aquam in pñtia ipsius latronis quomodo xpter bonũ exemplũ illius iuuenis latro iste bonus homo factus est. Hoc quere in discipulo de tempore. ser. lj. J.

Item quidam audiuit de nocte i lecto suo fratres ordinis pdicatorũ alacriter cãtare in choro. t sic cõpunctus ordinem intrauit. sermo. lxxiiij. J.

Capitulum de F.

Festa.

Quidam induxit fenum in die dominico.

Exemplum j.

Quidam ductus ad penas inferni intuendas. ibi vidit plaustrum feno oneratũ t dictũ est ei. Oportet q tantũ fenũ in dorso tuo cõburat eo q dominico die duxeris illud. sciens illud esse phibitũ a sacerdote. ille aũt reductus postea ad penitentiã cõfessus est pctã t factus vir bone vite.

Quidam in sabbato hora vesperarum cessauit a laboribus. Exemplum ij

Jn theutonie ptib⁹ miles q̃dam ad deponendã herbam de prato pduxerat falcatores. Jlis ergo falcantib⁹ vbi temp⁹ vespertinũ aduenit. per villas in circuitu pulsabat ad vesperas. Et mox vnus ad socios falcatores inquit. desistam⁹ ab opere. q iam vespere cõpulsant. ñ cuz illi nollent immo magis vbis cõfunderent ammonentẽ. Jpe mox opere derelicto ad vesperas iuit. Tercio aũt die op⁹ impfectum cum ceteris rediens. videns q aliceden tibus alijs se falcare posteri⁹ oporteret. t xpter hoc ab omnibus est derisus. Patienter vo ferens risus omniũ t cachinnos vbi manus ad falcem posuit añ se pendẽtem in surculo graminis. drachmã mire pulchritudinis siue latitudinis aureã mox inuenit. Curuatis ergo genibus deum benedixit. Quo clamante cõcurrunt socij concurrit t prati domin⁹. vident diuinum miraculum scripturam miles litteratus in nummo voce paterna legens. hoc vt interptari potuim⁹ continebat. Manus dei me compegit. t in donũ me redegit pauperi q non fregit diem. s. celebrẽ. Hanc drachmã ergo a paupe emit t postea multz ad rei geste pbationem ostendit.

Quidam in die festo induxit triticum.

Exemplum iij.

Quidã rustic⁹ duxit triticũ de campo in quo dã die festo in horreã t ex permissione diuina ignis totum horreum cum tritico consumpsit. Jtem aliud miraculum scribit Gregorius thuronensis. Cum quidam rusticus in die festiuo arare vellet protinus contractis digitis manubrium securis cum qua vomerem mundare volebat eius dextre adhesit. Sed post duos annos in ecclesia sancti Juliani ad eius preces est sanatus.

Rustica que coxit panem in die festo.

Exemplum iiij.

Quedã rustica coxit panes in die festo t ⁹ q panis sanguinolentus est effectus in signũ offensionis qz festũ celebre infregit.

In discipulo de tempore.

Tempore moysi q̃daz in die sabbati collegit ligna t ex iussu dei lapidatus est. Hoc quere in discipulo de tempore sermone. cliij. F.

Item duo sutores q̃z vn⁹ celebrauit festa: t sabis habuit t alter nõ celebrauit t semp in penuria vixit Quere sermone. cxvij. H. Fides.

Sacerdos catholicus ad probandum fidem ab igne non est lesus.

Exemplum v.

Erat q̃dam deuotus sacerdos q quẽdam doctorẽ manicheox inuenit seducentẽ populum simplicẽ. ñ qz erat versutus nimis t cõcludere eũ vbis non poterat. omnib⁹ audientib⁹ dixit Accendite ignez lignox in medio platee. t ambo intremus in flammã. si q̃s nostrũ nõ fuerit combustus huius fides vera credatur. Quod cum dixisset ille deuotus sacerdos valde placuit ppl'o. t continue ignis accenditur. Tunc sacerdos apprehendens hereticũ cepit eum secum trahere ad ignem. Non inquit ita non ita. ñ vnusq̃sq nostrum singulariter ingrediat. primo tũ tu debes intrare quia hoc ipsum imposuisti. Et sacerdos nomine xpi consignans seipm medias flammas est ingressus. Ignis vo huc t huc disgitur. stetit ille in medio ignis in nomine domini in nullo penitus lesus. Videntes aũt ppl'i xpiani cum ingenti admiratione exclamauerunt t bñdixerũt deum dicentes. Mirabilis deus in sanctis suis. Cepe runt perurgere hereticũ vt introiret in ignem. Ac ille reluctari cepit t subtrahere se. Tunc cõprehẽdentes eum turbe insecerunt eum in medio ignis. t stetim circũdans eum flãma atqz vrens semiustũ reddidit. Et illũ q̃dem hereticũ ppl'us cũ cõfusione ex vrbe eiecit clamans t dicens. viuens ardeat seductor. Illum vo assumentes secũ t bñdicentes deũ ad ecclesiam cum honore pducunt Et sic xpiani fuerũt letari t heretici confusi.

Ad confirmationẽ fidei catholice mons mor⁹ de loco suo. Exemplum vj.

Vincenti⁹ in speculo historiali scribit q anno dñi. M. ccxxv. Caliphus rex tartarorũ conatus extirpare xpianos de regno suo q xpiani mixtim habitabant inter paganos. Et vnus de ꝓsiliarijs suis ꝓsuluit regi vt eos vinceret ex euãgelio. Nam xps deus xpianox locutus est. Si quis xpianus non hesitauerit t dixerit monti huic. tolle t mitte te in mare. fiet ei. Qui cum vocauit oms xpianos q̃siuit si vba xpi t euangelium verum sit. Rñdentib⁹ omnib⁹ sic. statim cõminat⁹ est eis q nisi infra. x. dies hoc factis ostenderent omnes perirent. Tunc episcopi t sacerdotes cõuocauerunt xpianos t indicto ieiunio p triduum t oronibus intendentes. rogauerunt dñm nostrũ Jesum xpm vt suis fidelibus succurreret. Et reuelatum est cuidam episcopo deuotoviro q̃ sutor monoculus dignus esset illaver ba proferre. t populuz xpianum de periculo eruere. qui ex humilitate renuit t se peccatorẽ esse asseruit

ñ ex obediẽtia p̃cepto se submisit. z xp̃iani ex vna pte steterunt z crucem xp̃i secum habuerunt. Et rex caliphus ex alia pte cũ pp̃o suo q̃ fuerũt parati ad occidendum xp̃ianos. Dixit aũt suto: flexis genibus ne xp̃us tot xp̃ianos necari p̃mitteret. z p̃cepit monti vt se tolleret. Quod z statim factum est. Quo viso rex baptisatus est z plures cum eo. z sic fides roborata z augmentata est.

Hereſiarcha virtute fidei mut⁹ factus est.

Exemplum vij.

Quidam fidelis deuotus lz ideota cui⁹ fidem q̃dam hereſiarcha astut⁹ valde irritare conabat. ꝫ fidelis dedit se ad oz̃ones. z oculis in celũ erectis dixit ad hereſiarchã coram om̃ib⁹. Desine tibi in virtute fidei xp̃iane ne contra eam aliq̃d exp̃imas vel blasphemas. Qui mox mutus coram om̃ibus effect⁹ est. Unde xp̃iani sunt multũ letificati heretici vo cõfusi.

Simplex eps vicit hereticum z philosophũ valde magnum.

Exemplum viij.

Legit in hiſtoria eccleſiaſtica q̃ cũ p̃es philosophi cõueniſſent z fidẽ xp̃i impugnarent Un⁹ erat inter eos cui nemo reſiſtere poterat. ꝫ omnia argumenta facilime ſoluebat. Tũc simplex q̃dam eps ꝛ illũ cõmotus petijt audientiã. quẽ cum alij xp̃iani valde simplicẽ cognoſcerẽt. timẽ ceperunt ne ꝓponendo deficeret. ꝫ tñ ꝓpter sanctitatẽ eius nõ sunt ausi eũ cohibere. q̃ arguendo illum philosophũ ꝓposuit xp̃m docuiſſe dyabolicas euitare fallacias. z credere in vnũ deũ z xp̃m filiũ ei⁹ z simbolũ totũ dicens p̃bo ait. Dic mihi si sic eſſe credis Tunc ille statim vt fidem audiuit ex ore eius illuminatus credidit z astantib⁹ ait. q̃diu v̈ba audiui v̈ba p̃ v̈bis reddidi. ꝫ qñ diuina v̈tus acceſſit. vltra non potui reſpondere. nec fidei xp̃iane amplius cõtradicere. ſed conſentio iam fide illuminatus.

Hereticus astutus ab obſeſſo stulto cõbust⁹ est.

Exemplum ix.

Erat q̃dam hereticus astut⁹ valde. q̃ timens inquiri z cõburi finxit ſe arreptũ a demone. z sic ligatus ad quandã eccleſiam deductus est. z reputabat q̃ſi eſſet obſeſſus. Et erat ibi quidaz clericus veraciter obſeſſus z ligatus. q̃ ſubſequenti nocte diuino nutu abſolutus est a vinculis z aggregans mattas z ſtramina ac ſcamna eccl̃ie ſup ligatũ hereticum cumulauit. Ludũ aũt furtam credidit ille hereticus diſſimulauit quouſq̃ clericus ignẽ de lampade ſumens cõburere cumulum cepit. Et tunc hereticus exclamauit. Ad cui⁹ vocẽ expgefacti cuſtodes cum ignem extinguere niterent. cleric⁹ accepto gladio quem caſu furta lectum inuenit omnes violent abegit z hereticũ cõbuſſit. Nec mora diuino exacto iudicio clericus idem a demone liberatus est z plene ſoſpes apparuit.

Eps hereticoꝝ ſil'auit ſe illuminare cecũ z curare.

Exemplum x.

Quidam eps arrianoꝝ noĩe Cerula. vidẽs q̃ confundebat rõnibus z diſputationib⁹ catholicoꝝ. dedit cuidam de ſecta ſua quinq̃ginta aureos ſub compacto. q̃ ſe cecuz fingeret. z ab eo fuiſſe illuminatum. Cum aũt tranſiret dict⁹ Cerula cum exercitu vandaloꝝ z epiſcopis catholicis capkluis clamauit dict⁹ hõ. audi me veriſſime Cerula z reſpice cecitatem meam z experiar virtutẽ tuam q̃ reddis cecis viſum. ſurdis auditum. leproſos mũdas. mortuos ſuſcitas. Tunc cerula trahens euz ad ꝓtem tangens eius oculos ait. ſm fidem nr̃am q̃ recte credimus in deũ. apiant oculi tui z videas. Quo dicto oculi dicti miſeri hois inflari ceperunt z tant⁹ dolor eum arripuit vt vir poſſet digitis ſuis reprime re q̃ oculi eius creperant p̃ dolore. Qui eiulans omnib⁹ dolũ detexit z clamabat ꝓjciens aureos dicẽs Ecce aurũ tuum z redde mihi viſum. Tunc hõ vſus bono ꝓſilio clamãs z eiulans ꝓiecit ſe ad pedes epoꝝ catholicoꝝ abnegãs pfidiã arrianoꝝ. Tunc a. beugenio epo crucẽ ſup oculos ei⁹ ponente: ſanitatẽ z viſum recepit. Nõ videns Honori⁹ rex vandaloꝝ notanſq̃ ſectã ſuam cõfundi z fidem catholicã exaltari ſctos dei diuerſis ſuppliciꝫ fecit cruciari. Quo facto ſol obſcuratus est. z dict⁹ Honori⁹ a dyabolo arreptus. ꝓpꝛijs dentibus ſe lacerauit. z indignã vitam hoc digno cruciatu finiuit.

Hereticum demones extraxerunt de igne.

Exemplum xj.

Fuit q̃dam heretic⁹ in ꝓuincia brabantie q̃ debebat cõburi. Cũ aũt ꝓiect⁹ eſſet ad ignẽ clamauit iuuate me. Et ſtatim demones extraxerunt eũ de igne. q̃ cum denuo fuiſſet ꝓiect⁹ et fuiſſet ſemp liberat⁹ iam catholici diſputabant de fide. Supueniens aũt vn⁹ pdicator dixit epo. Facias huc portare corpus xp̃i. Nõ cum factũ fuiſſet hereticus ad ignem ꝓiectus ſicut prius clamauit. adiuuate me. Et demones rñderunt. Nõ poſſum⁹ quia maior nobis ſupuenit.

Demones traxerunt oſſa heretici de igne.

Exemplum xij.

In epatu Bitrienſi erat q̃dam q̃ ꝓtendebat ſanctitatẽ tantã in abſtinẽtia q̃ q̃ſi videbat Johes baptiſta. oẽs q̃ſi de tota ꝓuincia currebant ad eũ. z btm̃ reputabat ſe ille q̃ eum poſſet videre vel tangẽ vl̃ loq̃ cũ eo. oẽs credebãt eũ ſanctuz: z tñ erat hereticus magn⁹ z puerſus hõ. mortu⁹ ẽ z ſepultus honorifice. Poſt aliq̃ tp̃s inq̃ſitor heretice p̃auitatis diligenter inq̃rens. inuenit p teſtes fideles q̃ fuerat hereticus: ſententiauit de conſilio epi Bitrien. z alioꝝ prudentiũ. q̃ ei⁹ oſſa cõburẽnt. ꝓiecta fuerunt oſſa in ignẽ p̃ꝛe pp̃o. z ſtatim demões eleuauerũt oſſa de igne z tenebãt oſſa ſuſpenſa in aere nõ tñ videbant demones. pp̃ares ceperũt clamare. moriat eps cum iſtis fratrib⁹ q̃ volebãt cõburere ſctm̃ dei ex iuidia. Ecce quõ de⁹ noſter nõ vult. Tũc eps timuit fratres aũt cõfortauerunt eum dicentes Dñe nos ſum⁹ hic ꝓ defenſione fidei. ꝓparetis vos ad miſſam. q̃ de⁹ oñdet aliq̃ miraculũ nobis ne fides ſua piclitet. Dixit aũt eps miſſaz. Salue ſancta parens. Et q̃ eleuauit corpus xp̃i tunc demones in aere clamauerunt dicentes. O Guido de lacha nos defendim⁹ te q̃diu potuim⁹ ꝫ modo nõ poſſumus plus. q̃ adeſt vnus q̃ maior eſt nobis. ſ. xp̃s. Et oſſibus cadentibus in ignem cõbuſta ſunt. z glorificata est fides ꝓpter corpus xp̃i.

Filij z filie.

Duo filij promiſerunnt patri ſuo plura ſuffragia pro ſalute anime.

Exemplum xliij.

Quidam diues in articulo mortis tres filios suos ad se vocauit. & seniori dixit. Nosce fili charissime. multas possessiones vobis relinquo quas olim conseruauit quas debuissez pauperibus erogasse. & ideo fortassis ad purgatorium ibo dic quid datur⁹ es ꝓ anima mea. Ac ille plurimarū celebrationes missarū & largas elemosinas se facturum promittebat. Sil'r secundus ꝓmittebat. Hos duos pater laudauit. & hoc dicto risit tercius. Quesiuit aūt a minore quid de eo deberet sperare. At ille. Pater nec vnum denariū ꝓmitto pro te daturum. Et maledicens sibi pater suus. filio⁹ ait. Dū viuis pater bona tua ꝓ salute tua distribue. nec cōmittas mihi nec alijs fratribus meis. possessores eīn rex tuay facti. quomō te iuuabim⁹ cum tu amore nostri te iuuare nolis. Utilitatē eīn suam vnuſq̄ſq; nostrū plus q̄z te diliget. & de te amplius parum curat nec sollicitus erit. Hunc osculando fratribus ꝓferebat verita te audita. & diuitias suas pauperibus erogabat pro salute ꝓpria.

Filij raro subueniunt parentibus.

Exemplum xliij.

Obsessus q̄dam dum duceret aīa domū cuiusdam ciuis. q̄ edificabat in altum domū magnam & sumptuosam. Risit obsessus. querētibus cur risisset. Rūdit. iste edificat q̄si semp viuere debeat & ego scio q̄ mala morte morietur ante nocrem qz interficietur. Hoc eo dicente: risit secundario. Et cum ab eo quereret cur risisset. Rūdit. quia iste morietur & relinquet diuitias suas quas cum labore acq̄siuit alienis. Cui cuz diceret q̄ haberet heredes quibus deberent diuitie. Rūdit. oīs sui heredes erunt sibi satis infideles q̄si alieni essent. q̄si eis nunq̄z alq̄ bonuz fecisset. qz iste morietur & accipient heredes pecuniā & obliuiscent aīam suam. Et hoc dicto risit tercio. Et cuz itez causa risus q̄reret. Rūdit. Rideo de iusto dei iudicio. qz fier isti diuiti sicut ipse fecit. qz q̄n pater ipius moriebat ꝓmisit ꝓ patre suo soluturū debita sua que pater post se reliquit. & insup dare largas elemosinas & sibi comparare multas missas. & mortuo patre modicū vel nihil fecit. similit fiet illi ab heredib⁹ suis.

Puer dixit ad patrem suū. sic te tractabo in senio sicut tu iam tractas patrem tuum.

Exemplum xv.

Cum q̄dam diues & potens iam senescere: mortua vxore sua. filio suo quem multū diligebat tradidit vxorē. Qui ait patri suo. Pater cōmitte mihi oia bona tua vt sic viuas sine labore. Quo annuente fecit ei lectum in camera pulcra. & cum vxor iuuencula nō posset eum pati ꝓpter tussim de nocte postea ex rogatu vxoris locabat eū sub quodam gradu. Qui sustinens paupiatē & frigus in hyeme clamabat ad filium vt daret ei vestē. Tandē filio⁹ emit quattuor vlnas & dedit patri duas & sibi duas fuauit. Hoc videns filius puulus accipiens illas duas vlnas abscondit in muro. & dum diu quererent in domo & non inuenirent ait puulus scio vbi sunt. Cui pater. cur abscondisti. Qui rūdit. ad hoc seruabaz vt operirem te in senectute tua. sicut tu patrem tuū. Et ait pī. non ampli⁹ facies. Cui filius. Certe intantum aut min⁹. Quo audito ait intra se. in caput meū filiū redundabit in senio idem faciet mihi exemplo meo ueo induc⁹. Statim bonum pellicium misit patri ꝑ paruulum filium & reassumpsit cum in domū suā: et exhibuit ei oēm honorem & reuerentiā & eum amplius multum pie tractauit. vt in hoc exemplo puulus disceret quomodo ipm in senio suo tractare deberet Hec Guil. Iugduñ.

Due filie q̄ repulerūt pīem in senio a se.

Exemplum xvj.

Quidam habuit duas filias quibus dedit omnia bona sua. & tradidit eas maritis. & postq̄z depauperatus est tunc filie & mariti nolue runt amplius patrem secum retinere. Una earum dixit. vade ad sororem meaz. Et illa simliter dixit. Comedas vna die vel duobus mecum & tunc redeas ad sororem meam. Tandem doctus per quendam vicinum suum qui fuit vir prudens vt archam pulchraz & ornatam ab extra repleret cum lapidibus ab intra & faceret eam portare post se ad ecclesiam dominica die q̄n populus concurreret ad missam. quod et fecit Vō videntes sorores. scilicet filie ei⁹ & generi. amplius conrendebant adinuicem. vnus pre alio volens eum seruare. qui cautione recepta ab vno dedit ei archam. sed tres claues sibi retinuit. Et post mortem gener aperiens archam nisi inuenit lapides. & sic cōfusus est.

Pater quidam ponit malleum in cistam. & dedit claues pueris.

Exemplum xvij.

Quidam prediues habuit pueros quos nupcui tradens dirauit eos diuitijs suis. Tandem ille depauperatus est. & non curatur a pueris. Ille aūt cōuocās pueros suos singulis tradēs claues pro scrinio in quo posuit malleuz grauem q̄si esset pecunia. retenta sibi vna claue: ne ad scrinium venire possent. Dixitq̄z pueris. Heredes mei & dilecti mei estis. post mortem meam aperiatis scrinium & ibi inuenietis litteram per quam scietis quantum vnicuiq̄z legauerim. Ob hanc spem singuli certatim inuitauerunt honorauerunt & iuuerunt patrē. quia dicebat q̄ nolebat diminuere de his que erāt in scrinio. vt singulis traderet ad plenū que eis ordinauerat. Post mortem suam aperto scrinio inuenerunt malleum & litteram hec continentem. Dignus ē homo ille ad caput cum malleo percuti: qui tantum tribuit pueris suis. eisq̄z confidit vt distractis oīnibus nihil sibi retineat.

Natura aūtū docet subuenire parentib⁹.

Exemplum xviij.

Dicit Isidorus in de naturis auium q̄ ciconiarum talis est natura. q̄ cum se affligant & cibum suum sibi subtrahant vt pullis prouideant. postq̄z pulli volare possunt & predam capere: compatientes maciei & afflictioni parentum cōpellunt eos morari in nido vsq̄z dum bñ conualuerunt & ipsi ad predam capiendā volant quā eis vicem recōpensando reportant. Sic faciunt boni filij parentibus. Nō aūt sic faciunt pulli vulturū de q̄bus dicūt naturales. q̄ postq̄z diu laborauerunt parentes eoz circūeundo castra & cadauera cum magno periculo & labore vt eos depascant sibi subtrahentes cibum.

postq̃ cõualuerunt pulli ⁊ cõfortati sunt. tunc parẽtes vberant alis nec aliq̃d de preda sua dant eis. sed eos vberando rostro ⁊ alis de nido eos exire cõpellunt. Sic faciunt filij mali parentib⁹ suis.

In discipulo de tempore.

Filip⁹ q̃ dixit. Si pr̃ me⁹ est in inferno tũc suffragia nihil valent sibi. Si aũt in celo tunc nõ indiget. Si aũt in purgatorio tunc ardeat vsq̃ purgabitur. Hoc ẽre in discipulo de tempore. fer. ciij. T.

Item de filio infideli cui bufo ꝓsilijt in faciem ꝓpter dehonestationẽ parentũ. ẽre ser. xxiiij. X.

Item filia que ꝓpter dehonestationẽ matris dam nata est. quere ser. lxij. B.

Item filia que nutriuit mr̃em cũ lacte ꝓpio in turri. quere ser. xxiij. A.

Item filius trusit matrẽ cũ pede. ⁊ ex ꝓmissiõe diuina idem pes sibi amputat⁹ est cum q̃ mr̃em trusit.

Item q̃dam inhonorauit mr̃em ꝓpriã in breui omnes pueri defuncti sunt. ẽre ser. xxiiij. X.

Capitulum de G.

Gaudia celi.

Dyabolus libenter sustineret omnes penas omnium demonum vt claritatem dei adhuc semel videre posset.

Exemplum j.

Magister iordanus frater ordinis p̃dicatorũ quadã die dum transiret quandã villaz ad p̃dicandũ rogat⁹ est a ppho vt visitaret quandã obsessam. Ad quẽ dum accederet demon eũ literalit salutauit cũ tñ mulier nũq̃ litteras didicit. Inter cetera p̃dictus magister literaliter interrogauit demonẽ dicens. Quare affligis hãc mulierem. ⁊ q̃d delectaris in ea morari. Cui demon. ad hoc cogor a creatore meo. ⁊ ideo alibi eẽ non possum. Ad quem iordan⁹. Dic mihi vbi velles esse si optio tibi dareť. Ad quem demon. Cum tantus sis clericus ⁊ doctor eccl'ie nollem te tam simplr citer interrogasse. Et adiecit: dic mihi ⁊ vbi tu velles esse si tibi optio dareť. ad quem iordanus. nusq̃ esse vellem q̃ in celo. Et demon sic vellem ⁊ ego. Ad quẽ iordanus. Et quare maxime velles ibi esse. Demon. ꝓtereavt respicerẽ illam claram faciem creatoris mei. Quod cum iordan⁹ audiret q̃si extra se rapt⁹ corruit ⁊ fleuit. Tandem ad se reuersus interrogauit eũ dicens. Dic mihi q̃d velles inde sustinere q̃ possis creatoris tui faciez videre. Demon rñdit. omnes penas quas omnes demones sustinuerunt a die qua electi fuerunt de celo. ⁊ quas sustinebunt vsq̃ in diem iudicij vellem sustinere vt possem videre semel claritatez dei sicuti est. ad quem iordanus. Credo tevnum esse de nobilioribus demonibus. Cui demon rñdit. vnus fui de seraphin qui semp assistunt ante faciẽ dei. Ad quem iordanus. Dic ergo mihi aliquid de claritate vultus dei exquo tam ꝓpe eius faciem in celo vidisti. Ad quem demon. Non sufficio tibi aliquid de hoc dicere. cum etiam angeli q̃ semp eius claritatem intuent si essent in terra. vellent aliquid de ipsius claritate dicere nõ sufficerent. dicam tibi tamen aliquã similitudinem ex qua perpendere potes q̃ clara sit facies dei. Et dixit. Attende si omnes flores ꝓteriti ⁊ futuri. omnium arborum ⁊ omniũ graminum virditas ⁊ omnis color omniũ lapidum ꝓciosorum ⁊ metallorum ⁊ splendor solis ⁊ lune ⁊ stellarũ. ⁊ oñis claritas omnium lapidum q̃ ab initio vnq̃ splenduerit in terra lucerent. omnis illa claritas respectu diuine claritatis non esset aliud nisi tenebrosa nox respectu clarissimi solis. Tunc iordan⁹. O q̃ miser est homo q̃ hoc amittit ⁊ sibi tale magnum ⁊ ineffabile gaudium non acquirit.

De claritate visionis dei.

Exemplum ij.

Erant duo monachi qui colloquebantur de vita eterna. ⁊ mutuo consenserunt q̃ qui prius moreretur. de statu suo socio suo intimaret. Mortuo igit vno altero dolente apparuit mortuus clarior sole socio suo. ⁊ benigne eum salutauit. Cuiq̃ de vita eterna quereret. Rñdit istõ. Sicut audiuimus vidim⁹. quod oculus nõ vidit nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit que preparauit deus diligentibus se.

Gaudia celi sunt innumerabilia.

Exemplum iij.

Quidam demon interrogatus q̃ magnũ gaudium esset in celo. Respondit. si numerare poteris athamos in radijs solis. respondit: non possum. sic ⁊ tu illa gaudia nec aliquis hominũ numerare potest.

Gaudia celi sunt ineffabilia de vultu dei.

Exemplum iiij.

Obsessus quidam interrogat⁹ de gaudio q̃ habent sancti in celo. Respondit. Si totus celum esset pergamenum ⁊ totum mare incaustum. ⁊ omnes stelle magistri parisienses. ⁊ oñia stramina penne. Certe hi omnes magistri parisienses ⁊ ceteri nec scribere manibus nec linguis eloqui possent minimũ gaudium quod habent sancti in celo de vultu dei.

Gaudium virginum in celo.

Exemplum v.

Tres erant moniales in vno claustro socie spirituales. Et ex illis erant due vgines et vna vidua. Hec aũt singule studebant se deuotas beate vgini exhibere. Mortua vo vna virgine ⁊ iam vidua in extremis agente. Tercia sororum suppliciter rogabat viduam vt post mortem rediret ⁊ de pri me sororis ⁊ de suo premio certificaret eandem. q̃ ꝓmittens si foret de bñplacito dei ⁊ expirauit. Die autem tricesima ista ante altare in oronibus procũbente. apparuit socia vidua inestimabili splendore fulgens nimis ⁊ dicens. Veni. q̃ ad reditum obligasti me. Ecce vidi modicam ptem ꝓmij mei. Sz bene dicta sit dies in qua nata sum. Illa vo confortata. ⁊ resumpto spiritu q̃siuit de statu prioris sororis defũcte. Cui illa dixit. Si totus mund⁹ esset pergamenũ ⁊ mare incaustum ⁊ omnia folia arborum. ⁊ gramina scriptores cum omnib⁹ hoibus q̃ fuerunt ⁊ sunt ⁊ erunt futuri prius omnes deficerent. q̃ immensitatem premij celestis exprimerent. Sed parumper ait ad presens dicam tibi. infinitis claritatibus me precellit. ⁊ merito. quia heri cum angelis chorearn duxit candida: et cum multitudine candidarum puellarum cantans canticum singulare solis virginibus appropriatum. gerens sertum de diuinis floribus confectum

Rogaui aūt eam vt saltem ad horam mihi sertum cō cedere. Que ait. Nō expedit tibi tū ex ipis floribus dedit mihi qs attulit tibi socie mee dilectissime. vt equaliter vtutē eaz q̄tum ad sensus capere poterit humanas p̄bendas. Facta ergo ab ea circulari tactu in pauimento cuz floribus tam mirī odoris ꝓcessit fragrantia. q̄ illa sozor ꝑ sanitate rapta fuit in extasim. Et sic vidua expleto ꝓmisso ad celū redijt. Omnes q̄ monasterium intrauerunt p̄ multū temp⁹ celestem odorem senserunt.

Claritas in facie x̄pi.

Exemplum vj.

Virgo q̄dam fuit habitu q̄dem secularis sed vita religiosa valde. ꝛ specialiter ieiunijs et obsecrationib⁹ semper vacabat mente sepissime excedens. ita vt celi secreta ꝛ celi regem cum celi ciuibus frequenter videret. In quadam igit solennitate epiphanie cū interesset maturinis. x̄pm infantem pannis inuolutuz ꝛ in p̄sepe positū vidit. Et circa illum thronū aureū ad similitudinem iridis. Erat ex vtraq; pte multitudo angelo⁹ manib⁹ extentis eum adorantiū. ꝛ oculo⁹ suo⁹ acies in illū indeclinabiliter figentiū. Nec mirū. Ipe em̄ est speciosus p̄ filijs hominum. in quē teste apostolo desiderant angeli ꝓspicere. Cum ventū fuisset ad illū locum paterna vox audita est. Hic est filius me⁹ dilect⁹ in quo mihi bñ cō placui. ipsum audite. Erat em̄ ibi filius dei ꝛ homis tanti decoris. ꝛ rex tanti dulcoris. vt exprimere mihi non sufficiat. Req̄sita etiaz a me quales essent effigies angelorū. Respondit. staturas habent humanas. facies virginibus similes. genas adinstar rosarum rubentes. ꝛ in reliquis membris niue candidiores.

Cor virginis scissum est pre amore.

Exemplum vij.

Dicitur q̄ erat q̄dam vgo nobilis. xiij. annorum beate Marie valde deuota. Hec continue rogabat vginem gloriosam septem annis vt ostendere dignaret sibi filium suū. Que cū in die natiuitatis x̄pi causa deuotiōis sola intrasset capellam. Apparuit ei virgo pulcerrima tenens filium pulcriorē. Hec allocuta est virginem dicens ꝛc. Alia quere ante C. exemplo. iiij.

Virgo q̄dam vidit ihm̄ duodennem.

Exemplum viij.

Legit q̄ q̄dam vgo religiosa rogabat dominū integrū annū. vt dignaret sibi manifestare statum patris sui spūalis q̄ eam ad religionem duxerat. quem in domino tenere diligebat. vt dignum est. Sed post annū dixit q̄d est q̄ peto. petam. s. vt videam x̄pm duodennē. ꝛ post hoc bene petam vt fuit in etate. xxx. annoz. Et post annū ipa sola orante vidit q̄ ab altari ꝓcedebat eius pater spūalis fulgens sicut sol. ꝛ cum magno gaudio locuta est cum eo. Et ecce duo angeli portabant arcam pulcerrimā habentem tria ostiola. ꝛ dixit ei pater. Vis filia videre filium dei iacentem in cunis. ait sic. Et aperuit arce vnum ostium ꝛ int⁹ iacebat puer decore mirabili preditus. ꝛ viso eo tanto repleta est gaudio. vt de gaudio p̄terito nō curaret. Et dixit ei pi. satis est vis videre x̄pm duodecim annorum. ꝛ aperuit aliud ostium ꝛ vidit x̄pm duodennem. ꝛ tanto gaudio perfusa est q̄ tokum p̄terituz nil sibi videret. Ppterea in quit veni ad te. q̄z tricesimo die venties ad me. ꝛ sic factum est.

Virgines quomodo in celo cozonantur.

Exemplum ix.

Quidam abbas orauit dñm vt sibi ostendere dignaretur qualiter vgines in celo cozonarent. Et quō obuoluti pceis quis iustificarē tur. Et ecce quodā die positus in oratione factus est in extasi. in qua vidit se esse in prato pulcerrimo in q̄ conspexit oratoriū. ad qō cum ꝓcederet vidit ante ostiuz oratorij arborem cui⁹ rami ꝛ folia tanq̄ stelle clarissime rutilabant ꝛ sub arbore vidit fontem clarissimū tanq̄ cristallum. ꝛ intrans p̄ductum oratorium stabat. Et ecce vgo Maria accipiens florem de arbore que stabat ante fores. fecit sex crinalia delicatissima. Et ecce Jesus cum multitudine angelorū intrauit cum iubilo ducens secum duodecim virgines ꝛ locauit sex ad dextram altaris. ꝛ sex ad sinistram. Accipiensq̄ de fonte qui stabat sub arbore in cyphū pulcerrimum aqua portauit illas que stabant ad sinistram. Et accipiens cozonas sex a matre cozonauit alias sex ad dexteram. Et p̄o facto cum angelico cōcentu duxit illas ad celum. Sed cum de hoc abbas plurimū miraretur. accedens angelus exposuit ei dicens. Virgines quas vidisti cozonari aureolam acceperunt. Alie vo que per affectum se maculauerūt. et de hoc penituerunt per dominū plene sunt iustificate a peccato ꝛ sanate. vt nihil sordidum remanſit in te a peccato ꝛ sanate. vt nihil sordidum remanſit in eis sed tamen aureolas percipere nō meruerunt. Iubis gratijs deum laudauerunt.

Premium essentiale in celo ꝓpter Aue maria.

Exemplum x.

Quedam monialis in morte ad septem interrogatiōes dies agonisabat in maximis infirmitatibus. que post mortē apparuit suppatrisse dicens se fore saluatā. Etiā cōfitebatur se adhuc libenter si posset ꝛ haberet vitaz velle passionari tantis infirmitatib⁹ pristinis ꝓ alios septem dies vtrunq̄ Aue maria valeret dicere. ꝛ eius meritum inde cōsequi. Iz nō posset eidem cum debita deuotione intendere saltem cōfessa ꝛ mundata essem a criminalibus pctis etiā si ambulando dicerem.

De cruce signato.

Quam q̄dam ꝓnceps cruce signatus qui erat magnus domin⁹ cum quodam fideli suo militē mare transfretasset. ꝛ captus incarceratus a paganis. quadam nocte nunciauit eis carcerarius q̄ in crastino domin⁹ qui tenebat eos decollari iuberet. Statim miles remuneratōnē totius seruitij sui a domino suo petijt vt ꝓus ꝓmitteret eum decollari. q̄d tū ille cōcessit summo mane extract⁹ de carcere ꝛ ꝓtinus decollatus. statim domino suo glorificatus in carcere apparuit dicens illi q̄ eandē gloriā mox decollatus haberet. ꝛ ipse de aduentagro quod tam habebat q̄d tū fuit qui tpis. magis gaudebat q̄ si ꝓius totius mundi dñs fuisset.

Gentilis q̄dam vidit x̄pm regem in throno cum sanctis suis.

Exemplum xj.

Quam nobilis quidam adhuc gentilis febre acutissima laborare materis ad cere-

bruz ascendente in furiã raptus. z dormiẽtib⁹ oĩ-
bus qui circa illũ erant. aufugit nudus z trib⁹ die-
bus z totidez noctibus per heremũ vastissimã ob-
errauit. tercia autez nocte digesta materia ad se re-
duit cõpos mentis. Qui in tenebris erat horrens
solitudinẽ qd faceret quo se verteret nesciebat.
Et ecce post instans modicũ discussis tenebris vi-
dit in montis cacumine ingẽs lumen. Reptans er-
go manib⁹ z pedib⁹ ascendit in montẽ. Et ecce sup
oẽm solis fulgorẽ regez admirabilez vidit in thro-
no aureo residentẽ. z ad eius dexterã reginã incõ-
parabili decore fulgentẽ. viditq; mixti seniores et
iuniores in thronis aureis assistẽtes ministros ex
oĩ parte vultib⁹ sydereis rutilãtes. Hec vt vidit
gentilis sup id quod credi potest obstupuit hac ho
rã vnus ministrorũ a rege missus cum vestibus nu-
bũ induit. z ad regez duxit. Cui rex. Nihil in reb⁹
huanis sic quid vidisti. Et ille. Nihil inq̃t domie
dus sempitern⁹. Tu aũt redibis ad populũ tuũ. et
perquires in gente vngarica q̃ mixta est genti tue
duos presbyteros christianos talis habit⁹ z talis
forme. a q̃bus erudieris nozmã fidei christiane su-
scipiens. Hoc aũt vt audiuit gentilis tumult⁹ btõrũ
societate frustrari. z mox ad eũ rex. Impossibile est
inquit. talez te manere nobiscũ. sed si fidez xp̃iano
rũ susceperis z precepta societate ista iocũdissima
perfruer̃. Hoc dicto miles sedẽs in equo albo su-
scepit illũ z in exercitũ tartarorũ populo miran-
te reduxit. fuitq; apud eũ tribus diebus. z post repẽ
te disparuit. Nobilis aũt z vt iussus erat quesiuit
presbyteros z inuenit. z erudit⁹ ad fidez cũ multis
militib⁹ tartarorũ sacr̃ baptisma recepit. vestes au
tem q̃s vt dixim⁹ nudus accepat precipuit colozis
erãt atq; molliciei. Opus vero illaꝛ plumariũ nec
acu factũ aduertere poterat nec textrinũ. sed super
oĩe artificiũ hois diuia vtute p̃texũ.

Maria trãstulit aiam scholar̃ in celũ

Exemplũ xij.

Erat q̃daz inclusa q̃ nocte q̃daz riuulis celle
sue splendorẽ imitti cernens. z diez esse cre-
dẽs territa p̃opter horas nondũ dictas sur
rexit. fenestrãq; versus cimiteriuz aperuit. Et ecce
iuxta caput sepulcri cuiusdã scholaris nup sepulti
miri decoris femina stare p̃spexit. Gloria eĩ corpo
ris ei⁹ eandẽ creauerat lucẽ. stabat z colũba niuea
sup tumulũ. quã illa rapiens misit in sinũ suũ. In-
clusa igit̃ que nã esset cũ reuerentia q̃siuit. Cui illa
Ego suz mater xp̃i z anima scholar̃ hui⁹ qui vere
martyr est veni tollere. Quia scholares q̃ frequent
addiscũt veri martyres sunt. Qz si postea artes q̃s
didicerint in dei seruitio exercuerint. magnã mer-
cedem consequũtur. Hoc Arnoldus in narratorio
suo. Quidã vidit gl̃ificationẽ pedũ suoꝝ.

Exemplũ xiij.

Magister q̃daz parisiẽsis infirmat⁹. cum de
glorificatione corpoꝝ cogitaret. z hesitans
in corde suo diceret. qũo poterit esse vt cor-
pora ista putrida lucere possunt in futuro. sicut sol
ad pedes suos. q̃s de operimẽto erexerat respexit.
z ecce tant⁹ splendor de ip̃is exiuit. vt oculi ei⁹ re-
uerberati eos intueri nequirẽt. moxq; reuersus ad
se gr̃as egit xp̃o. cui⁹ virtute anteq; moreret ad fi-
dez resurrectõis adduct⁹ esset.

Femina q̃dam audiuit dulcissimũ cantũ aui-
cule. Exemplũ xiiij.

Femina nobilis z deuota cũ gaudio mentis
retulit p̃fessori suo. q nocte z die semp septez
horis q̃ canonice nũcupant. auis mire pul-
critudinis z decoris eaz in dulcissimis z ineffabi-
lib⁹ vocib⁹ anis plurib⁹ p̃solaret. elanguit eĩ mul
to tẽpore in lecto iacẽs. Cui unq; p̃fessor q̃siuit ab ea
cui⁹ auis vocem illa volucris videret habere? Rñ
dit nihil i terrenis qõ illius voci possit cõpari. nec
solis auris⁹ delector in illis. verũ etiã interius trã
funditur modulamen isti⁹ auis. z ex eo spirit⁹ me-
us ad delictas eternales desideranti⁹ delectatur et
excitatur.

Quidã audiuit gaudia celi. z etiã tormẽta inferi
ni. Exemplũ xv.

Legitur in quodã libello de initio ordinis ci
stercien. q; cũ q̃daz monach⁹ cisterciẽsis tẽta
ret de exitu ordinis ꝓpter et⁹ asperitatẽ. ap-
paruerũt ei pr̃ z mr̃ ei⁹ iam defuncti. disuadẽtes si-
bi exitũ. q̃bus cũ nollet acq̃escere dicẽs q nõ pote
rat portare tantã penam. dixit ei mr̃. z qũo vis por-
tare penas inferni? Et ille. quia est grauior inferno
pena hui⁹ ordinis. Et mr̃ eius. vis expiri aliq̃d de
penis inferni? Et ille. sic. ecce son⁹ porcoꝝ terribi-
lis ad̃o q̃ visum ẽ ei. q celũ scinderet z caput eius
tũderet. z cũ q̃si deficet cessauit sonit⁹. Et mr̃ p̃hor-
tans eũ dixit. Vis aliq̃d de gaudijs celi expiri? Et
ille. sic. Et ecce cant⁹ q̃dã dulcissim⁹ z supabũdans
oĩm dulcedinẽ musicoꝝ. Cui mr̃ ait ei. Si vis ad
gaudia puenire z cuadẽ tormenta inferni. pseueres
in ordine. z sic fecit. Nõ est autẽ incredibile q̃n sit
gemit⁹ z viulat⁹ corpaliter futur⁹ in inferno. sicut
cant⁹ in celo.

In discipulo de tẽpore.

Gaudia celi sũt magna. qõ ostendit in diabolo.
q̃ dixit. q si esset statua a terra vsq; ad celũ clauis z
rasorijs circũspecta. libenter vellet ascẽdere z descen
dere z se vulnerare. Hoc q̃re in discipulo de tẽpo-
re. Simone. lxxxiij. C

Item monach⁹ qui audiuit auiculam tricentis q̃
draginta ãnis. z videbant sibi q̃si due hore. Hoc q̃
re Simo. lxxxiiij. Ri

Mulieres q̃ pre desiderio regni celest̃ infirma
bant. Hoc q̃re Simo. lxxj. C

Gaudia mũdi.

Maria interdixit vgini gaudia mũdi.

Exemplum xvj.

Quella quedam narrauit dicẽs q quadaz no-
cte ei p visionẽ sc̃ta dei genitrix vgo Maria
apparuit. atq; coeuas ei⁹ in albis vestib⁹ pu
ellas ei ostendit. Quib⁹ cum illa admiscere appete
ret sed se eis adiũgere non audẽt. beate vgini ma-
rie semp virginis est voce requisita. an vellet cum
eis esse. atq; in eius obsequio viuẽ. Cui cuz eadem
puella dicẽt. Volo ab ea protinus mandatũ acce-
pit. vt nil vltra leue et puellare agẽt. a risu z iocis
abstineret. sciens p oĩa q̃ inter easdem virgines
quas viderat ad eius obsequiũ die tricesimo veni-
ret. Quibus visis in cunctis suis moribus puella

mutata est. oēmq; a se leuitatem puellaris vite magne grauitatis deterſit manu. Cūq; parentes eius mutatam esse mirarent. requisita rem retulit. qđ eam beata dei genitrix iusserat. vel q̄ die itura essz ad obsequiū ei⁹ indicauit. Cū post vicesimū z q̄ntū diē febre correpta est. Die aūt tricesimo cū hora eius exit⁹ appropinq̄sset. eandē genitricem dei cū puellis q̄s per visionē viderat ad se venire conspexit. Cui etiam se vocāte respondē cepit. z deposis reuerenter oculis apta voce clamans. Ecce domina venio. ecce dña venio. In q̄ etiam voce spiritū reddidit. z ex vgineo corpore ania habitatura cū sanctis vginib⁹ exiuit. Hec Bregori⁹ in dyalogo.

Eq̄tantes pomposе terra absorbuit.

Exemplum xvij

LEgit in libro de donis. q. fm consuetudinē cuiusdā ciuitatis iuuenes eq̄tabant cū gaudio huius seculi. tenētes laruas turpissimas ceteris chorizantib⁹ q. villam. q̄s pleban⁹ pluries i ambone admonuit vt desisterēt. q̄ ipi noluerūt verbis suis acq̄escere nec ei obedire. Et ecce subito in die festiuo in specie viroꝝ z mulieꝝ maxima multitudo demonū ꝓiunxerat se illis z chorizauerunt cū ipis. Tūc vulgo cantāte cū gaudio. vox diaboli ca statim audita est. Qui me amauerūt z mihi fuerūt modo mecū erūt delicati hoies meis ludis esq; vsi. vt sitis meli⁹ ꝓtra deum dissoluti. z subito terra apta cū igne cūctos subito ad infernū absorbuit. tā cantātes q̄ z chorizantes. sic z eq̄tantes.

In discipulo de tpe.

Rex qui nunq; risit. quoniam habuit gladiū ante. retro. infra. supra. a dextris. z a sinistrz. Hoc quere in discipulo de tpe. fmo. liij. P

Item quidam miles cogitauit de sero intra se. quo peruenit gaudium quod hodie tota die habuimus. z sic ꝓuectus religionem intrauit. Quere sermone. xxxvj. F

Item filius comitis q̄ vidit cadauer patris sui. z sic ꝓuncti⁹ gaudia mundi deseruit. Quere sermone. cxxxvj. M

Gratiarū actio.

Senex q̄ vidit aliq̄s comedere mel. aliq̄s panez aliq̄s sterc⁹. Quere fmone. xcviij. L

Item religiosus ex cui⁹ tactu vestiū sanabant infirmi. q̄ oīa in bono accepit. z deū tā in aduersq; q̄ in prosperz laudauit. q̄re fmo. cxij. O

Item q̄ regrabat deo q. nō fecit eū bufonē. vel aliud aial irrōnabile. q̄re sermone. cxxvij. D

Gratia spūssancti.

Gra spūssancti facit hoies immobiles.

Exēplum xviij.

IAcob⁹ de vitriaco dicit. q. vidit aliq̄s deuotas mulieres q̄ extra se sic rapiebanť. q. per totam diē nō erat in eis neq; sensus ad aliqua exteriora. nec ad vllum clamorē poterāt excitari. nullam lesionē etiā si vehemēter punirent sentirēt. Itē aliquā vidit q̄ trigita ānis tāto zelo a spō so suo in claustro custodiebat. q. extra claustz nullus poterat ei esse egressus. Etiam si mille hoies p man⁹ eā trahere viderent. Multotiēs exire conabať q̄busdā eā trahētib⁹. q̄ frustra. qz citi⁹ rūperet. Itē vidit aliam deuotā mulierē q̄ freq̄nť extra se duab⁹ vicib⁹ rapiebať. Que etiā me ꝑsente plusq; septies fuit rapta vna die. z in quocūq; statu rapiebať. in illa pmanebat īmobilis fm dispositionez in qua rapiebať. Et ad se redies tāto gaudio replebať q. plausu corpali oīdere cogebať.

Mulier quedā cū puero occurrit ad martirū.

Exemplum xix.

SCribit zozimas de q̄dā muliere q̄ de domo currēs sic ad martyriū festinabat vt domus sue ostiū nō claudēt. nec caput suū vt mos ē mulieꝝ cooperiret. sed paruū puerū secum velociter rapuit ad martyriū. Quā iudex videns dixit. Apprehendite hāc mulierē. z adducite mihi eam huc. Cumq; adducta fuisset dixit. Quo iūt infelix mulier properas tā festināter. Illa ait. Ad cāpū in quo catholicoꝝ popul⁹ martirizať ego festino. vt ibi ꝓ fide moriar. Et qđ iūt defers puerū istū. Respōdit. vt ipe martyriū mecū ꝑsequať.

Bula.

Buloſi comedūt bufones z serpētes in inferno ꝓ esca.

Exemplū xx.

QUidā mortēs. de bonis malis acquisitis filiis suis hereditauit. Qui post mortem ingrediens q̄dā pulsauit ad ostiū dicēs. q. essz dominus possessionū illaꝝ. exprimēs nomē suū. rogans vt intromittať. Et puer vidit eū p fenestrā z ꝓgnouit z dixit. Certe domin⁹ me⁹ mortu⁹ est. nō intromittā vos. Cumq; pulsaret pseuerādo. nouissime dixit. Defer pisces istos quib⁹ vescor filio meo. z ecce ad portā illā suspendo. Mane exeūtes inuenerūt in quodam ligamine multitudinē bufonū atq; serpentum.

Magna inflāmatio erit de corpib⁹ pinguiū in inferno. Exemplū xxj.

LEgit q. erat q̄dā diues q̄ de proprio corpe nimis sollicit⁹ resoluebať cibis z potibus. vnguentz. balneis. lectz. z indumentz. ornamētis honorib⁹. z diuitijs. Quia vero fm cursum mūdi erat prudēs z discret⁹. factus est z senescalc⁹ regis frantie. z tūc amplī⁹ resoluebať delitijs. intātum q. ei⁹ pinguedo vix intra cutez poterat restringi. Cui cocus studiosus seruiens dixit semel ei. O dñe mi q̄ magna inflāmatio tūc erit qñ vestra pinguedo cremať igne infernali. Que vba ille considerās cepit dicē intra se. vere ille dicit vez. Vaz z caro mea ctb⁹ erit vmiū. z lard⁹ demonū. cuz erit corrupta z odita a deo. sed nequaq; ita erit. Cū assumpta penitētia p carnē deo placuit. p quā pri⁹ deum ꝓtempsit z offendit.

Pallor z macies glorificant monachū

Exēplum xxij.

LEgit in vitaspatz. q. quidam monachi venerūt ad abbatē Helyam. vt eis cum erant pleni cogitationib⁹ curiosis. remedia adhiberet. Cū dicebat. frēs mei erubescite. qz corp⁹ nostz q̄sto est nitidi⁹ albi⁹ z rubicūdi⁹. tāto anima coram deo plus fetet z iacet mortua. Nō eū pinguedo est deo grata. sed pallor abstinentie. z macies in humilitate vos deo gratificāt.

Religiosus q̄dā ꝓtra ordinē comedit carnes.

Exemplū xxij

Quidam diuersus q̃dam desiderio carnũ tentatus atq; superat⁹. cum illas requirẽ erubescẽt sicut nec licuit die q̃dam assaturã bonam sibi prepauit. ⁊ cellariuz intulit ⁊ comedit. Erat em̃ cellarius de ordine p̃monstrateñ. p̃missione igitur dei diabolus aliud nõ facẽ poterat. gulosum illum rapuit ⁊ in tecto cõpanilis in moduz vestimẽti spargetur qui datus fuerat ad terrẽdum pot⁹ q̃ ad occidẽdum. clamauit valde fratr̃ auxilium implorãs Quẽ ibi herere cernẽtes causamq; ignorãtes satis mirati sunt. Et turrim cum festinatione ascẽdẽtes tegulasq; incidẽtes per foramen illum retraxerũt. Hec Cesarius.

Quidã in carnisp̃uio nimis tarde comederũt carnes.

Exẽplum xxiij

Quidam monachi feria tercia ante cinerũ in domo cuiusdam sacerdotis secularis pluuiã ⁊ ad mediã noctẽ fere comederũt. Et cuz saturati essent nimis. in ipso gallicãtu sacerdos vocãs scholarem dixit ei. Certe adhuc comedem⁹ carnes. vade ⁊ affer nobis gallinam quã inuenies in partica iuxta gallũ sedentẽ. q̃ ceteris pinguior esse consueuit. ⁊ ꝑpara nobis eam. Quã cũ strangulasset ⁊ vẽtro apto manuq; imposita. cũ se omnia intestina ei⁹ ejicẽ simul putaret. magnũq; bufonẽ extraxit. Cui⁹ motũ cũ manu sensisset ⁊ p̃olecisz vidisseteq; quid essz. repẽtino suo clamore omnes aduocauit. Videntes illi intestina galline in bufonẽ versa. ꝑfusi a loco pluuij recesserũt. intelligẽtes opus eẽ diabolꝰ. Hec mihi vnus fratr̃ illor̃ qui interfuit ⁊ vidit recitauit. Hec Cesari⁹.

Religiosus quidã morsello carniũ quasi suffocatus fuit.

Exempluz xxv.

Monach⁹ q̃dam cũ in quodã pluuio seculariũ piscib⁹ vesceret. alijs vero carnes comedẽtib⁹. Videns in scutella clerici iuxta se sedẽtis carniũ assaturã concupiuit. immissaq; manu morsellũ rapuit. ⁊ quadã tocũditate in os suũ trusit. Nor iusto dei iudicio idem morsell⁹ in guttur inobediẽtis integer descẽdit. ita meatuz ei⁹ obstruens. vt nullo conatu posset in os reuocari vel deglutiri. Quẽ de mẽsa trahẽtes cũ iam euersis oculis putaret esse suffocat⁹. q̃dã ex pluuiãtib⁹ ex cuius hoc audiuit. pugno tã valido collum ei⁹ percussit vt morsell⁹ infix⁹ exiliret. Et cognouerũt omnes q̃ dolor ille atq; ꝑfusio pena pcti fuerat in nõ obedi endi ꝑposito. Hec Cesari⁹.

Tria sunt grana que faciũt pulmentum optimi saporis.

Exemplũ xxvj.

Quodã tẽpore milites q̃dam honesti ac nominati. aluscq; plures tam clerici q̃ layci viri diuites in heremo sũt ꝑuersi atq; in ordine ꝑfortati. Quidã igit ex secularib⁹ p̃dictor̃ militum nost⁹ ⁊ amicus. victũ eor̃ q̃tidianũ quo in cõmuni puẽtu reficiebant ꝑsiderans. ait beate memorie domino Gisilberto eor̃ abbati nõ sufficio admirari q̃ tales viri in seculo tam delicati oleribus inconditis pisa ⁊ lente pũt vti. Cui ille rñdit. Ego tria grana piperis appono. quib⁹ eadẽ grossa pulmẽtaria cõdiũtur. vt pene nihil in suis scutellis comedẽtes rẽ linquãt. Dicente illo ⁊ nõ intelligẽte q̃ audierat. Abbas subiũxit dicẽs. primũ granũ piperis sunt lõge vigilie matutinar̃. scõm labor manuũ. tercũ vero despatio ferculi lautioris. Et ista sunt tria grana quib⁹ appositis optimi saporis fiũt pulmẽtaria nostra. Et puto vehemẽter q̃ monach⁹ peccet magis pisam suam siue lenticulã ꝓpter torsiones vt humores melancolicos vitãdo. q̃ nimis ex illis sumendo. Si em̃ apposita comedẽ noluerit. necesse ẽ vt lautiora vt appetat vt requirat. Si em̃ data fuerint ex ꝓsuetudine. pusillanimes scandalisat. Si vero negata ante tẽpus deficit. Monach⁹ vacuo ventre nõ potest bñ ieiunare. vigilare. aut laborare. Hinc est q̃ beatus Bernard⁹ in quodaz ꝑmone tales satis acriter reꝑhendit dicens. Cibaria nostra nõ sunt multum confortantia. ⁊ ideo oportet nos ex eis sumẽ ad saturitatẽ. Hec Cesari⁹.

Senex infirm⁹ quidã patiẽter comedit oleum ex lini semine ꝓ melle.

Exemplum xxvij.

Quidã ex senioribus factus ẽ infirm⁹. ⁊ p multos dies nõ poterat escam vllam capere. Compulit autẽ eum discipul⁹ su⁹ dicẽs. Si iubes inquit pater. factam tibi placẽtam quam. ⁊ ita fecit. Erat aũt ei vasculum parũ habẽs mel. ⁊ aliud vas simile habẽs oleum ex lini semine expressum in alia re nulla hoc proficiebat nisi forte in lucerna deceptus frater misit in escaz senis de illo. sperãs. quia mel fuisset. Cũ aũt gustasset. nihil locut⁹ est. ꝯ tacẽs comedit. tercia vo vice cuz itez sibi daret ⁊ gustasset. dicit illi. Nõ possum comedẽ fili. Ille aũt tanq; volẽs exhortari eũ dixit. Ecce abba bona sũt. ⁊ ego comedaz ex ipis. Et postq; gustauit ⁊ sensit rẽ quã fecerat cecidit in facie dicẽs. ve mihi abba q̃nã oẽ cidi te. Istud petm̃ posuisti sup me. q; mihi locut⁹ nõ es. Dicit ei senex. Fili nõ cõtristeris ꝓpt hoc si em̃ de⁹ voluisset vt bona comedissem. tu mel misisses. ⁊ nõ hoc qõ misisti.

Capl'm de H.

Hospitalitas.

Hospitalitas pauꝑin ditat hospitẽ

Exemplũ j.

Fuit romana vir pius ⁊ bonus q̃ tedifferẽter homies religiosos paupes ad hospitiũ inuitabat. Contigit aũt ꝑfectũ senio depauꝑari rebus. ⁊ angustiabatur q̃ solitã hospitalitatẽ habẽ nõ possz. qm̃ ad vsus suos sufficiẽtia nõ habẽt. Cunq; vna noctiũ anxius ꝓ talibus iacẽt in lecto semi vigilãs. audiuit vocem dicentẽ sibi. Vidi charitatẽ tuam quã in exhibenda hospitalitate multo tẽpore infatigabilit habuisti. ⁊ q̃ hanc ad vitam paupem deueniste. Volo ergo nõ solum in futuro remunerare te. verũ etiam in p̃senti. Loquere illi diuiti. ⁊ de vinea tua q̃ melioꝛ est cum vinea illius cambiũ facies. ipe em̃ libẽter ãnuet verbis tuis. Habita ergo illius vinea in medio illius aceruũ fodies in ꝓfundum. ⁊ ib eo reperies q̃ rhomanis copijs ẽ inuisum. Ad hãc ergo vocẽ cum hõ nõ ꝓtinus obediret secũdo ⁊ tercio admonit⁹ est. Tũc homo ille ad diuitẽ veniẽs. obtulit cambiũ vineaꝝ. Cui diues libẽter inq̃t. et

ẽto tua melioꝛ mea eſt tibi ſoluam. Cui pauꝑ volo vt equo valoꝛe cãbiũ fiat. ⁊ factũ eſt ſic. Mox pauper cũ ꝓpꝛia vxoꝛe ⁊ filio ⁊ duab⁹ partiter filiab⁹ ad aceruũ cũ eis ad ſupꝛadictã accedit vineã. ⁊ incipiunt fodere cũ ſpe magna. Cumq; diu fodiſſent nec adhuc effect⁹ ſui ſignũ aliqꝺ inuenirent. ceperunt patri filio⁹ cuꝛ ſoꝛoꝛib⁹ ſuis inſultare. Quib⁹ pater ait. Nullo mõ poſſum credẽ q; fruſtrabor. Aceruo igit pater cũ filijs vtriliter inſiſtens. Tandẽ in ꝓfundũ inter ingentes lapides vas marmoꝛeũ plenũ aqua. ⁊ in oꝛe ipi⁹ vaſis ollã vitreã plenã balſamo. ⁊ in oꝛificio olle puũ vas vnũ fictile. ⁊ i eo tres lapides p̃ cioſos. ſmaragdũ. ſaphyꝛ. baleſtũ ẽtitatis nõ modice repperũt. Nichil aũt aqua in vaſe reputãtes effuderũt eam. Que vt mox effuſa inſtrumẽta quedã erea i. quib⁹ laboꝛauerũt pfuſione cõtingeret. coloꝛẽ eris in pulcerrimã auri ſpeciẽ commutauit. Erat eñ aqua ex ſanguine ⁊ carnib⁹ baſiliſci in modum aque roſacee p̃ ſublimationẽ facta. qua ſolet ab alchimiſtis aux fieri ſophiſticatum.

Sed hac aqua noluit deus dicti viri innocentiam maculari. ⁊ ideo diffuſa diſparuit. Balſamo ẽo cuꝛ dictus homo ad debilitatẽ viſus vſus fuiſſz neſcio⁹ q̃ſi cõmuni oleo p̃ dies aliq̃s integerrime viſuꝫ recepit. Et poſt cognito q; p̃ſbyter ſuũ eſſet balſamũ ineſtimabili vendidit p̃cio. ⁊ pro lapidib⁹ quos inuenerat p̃cioſis. pecunias copioſiſſimas ⁊ multas accepit. factuſq; diues ⁊ inclit⁹ glioꝛificauit deũ. et poſt ſe filios ⁊ nepotes ſuos in multis copꝛis dereliq̃t. Hec Guil. in libꝛo de apib⁹.

In diſcipulo de ẽpe.

Hoſpitẽ quẽ diaboli cũ coꝛpe ⁊ aniã arripuerũt ſermone. cxliij. ¶

Itẽ ruſticus q̃ habitabat in vna curia ſolitaria. ẽxp̃m in forma pauꝑis in domũ ſuam introduxit ⁊ q̃ño ille pauꝑ pedes trãſfixos habuit. Quere ſermone. lxxxix. ¶

Itez q̃dam libẽter hoſpitabat pauꝑes ⁊ peregrinos. ⁊ diabol⁹ furat⁹ eſt ſibi pallium in forma peregrini. vt ſic retrahẽt eum ab hoſpitalitate. ⁊ impediret eũ in ſua ſalute. Humilitas.

Opa humilitatis placẽt deo.

Exemplũ ij.

Senex q̃dam erat ſolitari⁹ vacãs in heremo. ⁊ dicebat in ſemetipo. q; pfectus eſſet in virtutib⁹. Hic oꝛauit deũ dicens. Oſtẽde mihi q̃d deſit pfectioni mee vt faciã. Volens aũt deus hũiliare cogitationes eius dixit ei. Vade ad illuꝫ archimãdritã. ⁊ q̃cq̃d tibi dixerit facito. Reuelauit de⁹ archimãdrite anteq; ille veniret ad eũ dicens. Ecce ille ſolitari⁹ veniet ad te. dic ergo ei vt tollat flagellũ ⁊ paſcat tibi poꝛcos. Mentẽs ergo ſenex pulſauit oſtiũ. ⁊ ingreſſus eſt ad archimãdritã illũ. ⁊ cũ ſe ſalutaſſent. ꝑſederũt. ⁊ dixit ei ſolitari⁹ iſte q̃ venerat. Dic mihi q̃d faciã vt ſalu⁹ fiam. Et ille dixit. Faciẽs q̃cũq; dixero tibi. Et rñdit etiã. ⁊ dixit ei. Ecce tolle flagellũ ⁊ vade paſce poꝛcos. hij aũt q̃ eũ nouerãt ⁊ audierãt de eo. cũ vidiſſent q; poꝛcos paſcẽt. dicebãt. vidiſtis illũ magnũ ſolitariũ de quo audieram⁹. Ecce ſtupuit coꝛ eius ⁊ a demonio vexat ⁊ paſcit poꝛcos. Videꝫ aũt deus humilitatẽ eius. q; ibi patienter ſuſtinebat obꝓbꝛia hoim. ꝓcepit rex redire ad locũ ſuũ.

Maria docuit carthuſienſem triplicem gradum humilitatis.

Exemplũ iij.

lauit sup altare in calicem ponens ꝛ cū sua turba de center inclinauit abijt ꝛ recessit. Post hoc miserabi lem vdonē pugil sepedictus aggrediens decollauit Sicq; tota illa cōgregatio disparuit. Canonicus au tē suprādictus q̄ vidit hō iustus non in somnis: sed oculis apertis stupēs ꝛ tremēs. lumēq; in cripta re periens oēs lampades eccl'ie reaccendit. Cunq; ad huc de facto dubius ꝛ anxius secū miraret. tandem resumpta audacia ad locū iudicij paululū processit. viditq; calicē cū hostijs in altari. ꝛ caput a corpe lō gius proiectū. necnō paimentū sanguine madefa ctū. Tunc cepit exclamare ꝛ dicere. O triste specta culū. o grande miraculū. ꝛ o vere tremendū iudiciū O q̄ horrendū est incidere in manus dei viuentis. q̄ quos diu vt cōuertant tolerat. nō cōuersos duri us dānat. Post hoc omēs fores eccl'ie obseruauit ꝛ ꝛ nullū oino ingredi pmittēs donec sole iā orto oēs potiores clericos ꝛ laicos cōuocauit. Tunc ianuas reserans seuissimā dei vltionē. s. vdonē archiepm in suo sanguine tabefactū omibus oñdit. ꝛ cuncta q̄ vi derat p ordinē enarrauit. Eodē vo die quidā ex ei⁹ capellanis bruno noie. cū legationē sibi cōmissam peregisset p metropolim cōtinuo famulis ante se p cedētibus studuit remeare. Interim graui oppressus somno arborē quendā umbrosaz videns de equo de scendit. ꝛ frenū fortiter alligans ad brachiū ibidem paululū obdormiuit. Et ecce globus immundoꝝ spi rituū cū tubis ꝛ tympanis. gladijs ꝛ fustibus cum lanceis ꝛ securibus ad eundē locū gradu cōcito pro perabat. Cunq; oēs cōuenissent vni ex eis qui eo.ū pnceps esse videbat. ꝛ q̄ erat statura procerior ꝛ vul tu terribilior soliū cōstruētes desup posuerūt. Nec mora. Alter cuneus eque grandis clamans. cachin nās ꝛ trepudians apparuit. de q̄ quidam velociores aquilis celi pcesserant ꝛ fortiter clamauerūt. Date locū date locū. ecce pnceps noster vdo appropinq̄t His dictis satellites sathane miserā vdonis animā in effigie corpali cathena ignita ad collū constricta ad suū pncipē deduxerūt. Cui sathan ptinus assur rexit. salutās eū verbis pacificis in dolo. Bñ inquit veniſti o pnceps fautor ꝛ dilatator regni nostri. Ec ce pati sum⁹ tibi ꝛ oibus amicꝫ nr̄is fidelib⁹ pro me ritis reddere talionem. Cunq; vdo obmutesceret sa than assistētibus ait fatigatus est iste dilect⁹ noster huc veniēdo. ꝛ iō placet nobis ꝛ cōsoleť. date ergo ei māducare. Illo renuēte ꝛ caput auertēte. Mini stri eñ eius bufones et serpētes violēter ei impresse rūt. ꝛ liquorem sulphureū postmodū infuderūt. Ad huc illo non loquēte sathan p̄cepit dicens. Īd bal neū pncipū talis pnceps deducať post illico redu ceť. Et ecce nō procul erat puteus coopculū habēs quo ablato flāma vorax vsq; celū erūpebat. que nō solū arbores ꝛ mōtes lapidesq;. imo aquā iuxta ma nantē velut stipulā cōsumebat. In quē puteū infeli cem illā vdonis aiam p̄cipitauerūt. ꝛ postmodū ex trahētes in modū ferri cādentis totā igneā suo pn cipi detulerunt. Cui subridens dixit. Nonne suaue balneū habuisti o pnceps noster. Tūc vdo damna tū se videns cepit blasphemare ꝛ dicere. Maledict⁹ o sathan tu ꝛ ois familia tua. omisq; suggestio tua: ꝛ omne imperiū tuum. Maledictus deus qui me creauit. maledicta terra q̄ me portauit. maledicti pa rētes que me genuerūt. ꝛ maledicta ois creatura in celo ꝛ in terra. Tunc omnes demones vna cū pnci pe suo ceperunt manibus plaudere ꝛ dicere. Me re dignus est iste nobiscū manere: quia per optime scit nostrū canticū ꝛ officiū. Mittať ergo ad pnci palē scholā nostrā dānatorū vt videat. audiat ꝛ ad discat. sentiatq; ꝛ amplius nō exeat in secula seculo rū. Vix verba finierant ꝛ ecce vnanimiter in illam odiosam creaturā irruerūt. eamq; impetuose in tar tareū illud baratrū tractādo immerserūt. ac si celū et terra ꝛ oēs huius mūdi mōres ad inuicē q̄terēt̄ur. Capellanus aūt suprādictus hec videns ꝛ audiens timuit vehementer. Tunc pnceps tenebrarū digi to eū ostendēs dixit. videte ne effugiat clericus ille q̄ nos aspicit. q̄ sp extitit malorū suorū coopator cō scius ꝛ defensor. q̄ sicut fuit autor culpe. sic sit parti ceps ꝛ vindicte. Ideoq; in illū puteū ad suū demer gať dñm. Quo dicto cū demones eū rapere vallent ꝛ ipse fugere conaret. repente a somno exiliens eui gilauit. Sicq; eius equ⁹ territus tādiu hinc inde sal tabat ꝛ cursitabat trahens miserū hominē donec a sua iūctura eius brachiū penit⁹ dissoluebať. Diffi culter aūt equū ascendens per metropolim venit. ꝛ mox vt dñm suū mortuū esse cognouit visionē ve rificam. terrorē terrori. iudiciū iudicio. p̄digiū pro digio cumulauit. ꝛ omia que sibi in via acciderant: que viderat ꝛ audierat enarrauit et patefecit osten dens etiā a sua iunctura seu cōpage brachiū depul sum: ꝛ repentinā cantcie in argumentū veritat̄. Ci ues igiť videtes ꝛ audientes hoc horribile insolitū dei iudiciū vehementer timuerūt. ꝛ cadauer ipsius ꝑcul ab vrbe in paludē iactauerunt: qō bestie infer nales cū plausibus ꝓtin⁹ exceperūt. ꝛ rurīculas ha bitātes iuxta varijs terroribus et iniurijs affecerūt Tandē cōcilio inito illaz glebā maledictā de illa pa lude extrahētes in puluerē cōbusserūt et in albeam flumē proiecerūt. Mira res. tunc oēs vt ferē pisces suū meatū relinquentes ad oceanū abierunt: donec letanijs ꝛ ieiunijs tam placatus dñs post decenniū vix tandē redierūt. Huius horrendi prodigij memo riam ingerit oculis super paimentū marmoreū cā didū et pollutū in decollatione vdonis cruor effu sus. qui tam indelibiliter adheret paimento vt de essentia marmoris esse q̄dammodo videat. Super locū aūt illū vbi decollatio facta est sp prosternunt tapetia. Et q̄ sup electū epm Te deū lauda. inxta morē canit tollunt. et ibidē ad oīonē prosternūtur: vt epus electus videṡ hec sibi caueat: ne forte sicut ille perijt ꝛ ipse pereat. A dño factū est istud ad ter rorē epoū vtiq; illius eccl'ie ꝛ oīm inutiliū platorū vt audiētes cōtremiscāt lese maiestatis terribile iu dicij et seuerissimā dei vltionē. Et sic est finis terri bilis horribilisq; miraculi p ade filiū. ꝛ nō pmogem tū. Etiā dicit q̄ in eadē dyocesi modernis tpibus fuit epus noie Iudulcus q̄ in q̄dā ciuitate sue dyo cesis et sui dñij chorea habuit cū mulieribus et vir ginibus ꝛ cū ceteris masculini sexus. et ex pmissio ne diuina ignis vt videbať in inferiori pte pretorij vbi chorea fuit exarsit. Et nemo inter tot homines obijt ī illa chorea excepto epo cū quadā puella. quā in ipsa chorea anteduxit ꝛ tamē alique pſone de fe nestris ceciderūt: nec tamen mortem incurrerunt.

Sanctus Martinus accusauit episcopū suum.

Exemplum.cxxv.

Homo q̄dā fuit thuronis q̄ cōsueuit ad matutinas maioris eccl̄ie venire. Quadaz ꝺo die cū veniſſet ante hozā inuenit portā apertā z ponens ſe retro columnā quandā ꝓpe quā vidit lucē magnā per totā eccleſiā z iudicē ſedentez in throno. z angelos eidem aſtantes. Venit autē beatus martinus cū multitudine ſanctoꝝ cepit accuſare grauiter archiepm q̄ tunc locū ſuū tenebat. Cita eus autē archieps venit z ſedit in cathedra pontificalibus indutus. Iterū accuſatus a beato martino. Cū aūt neſciret q̄d reſpōderet. ille q̄ cathedras ſuppoꝝ euertit indignatus: pede pcuſſit cathedrā eius z eū cum pede euertit: z ſic viſio diſparuit. Tūc ille bonꝰ hō accedēs ad domū archiepi excitauit familiam z fecit videre quō ei eſſet. z intrantes ad eū inuenerunt eū ſubitanea moꝛte defunctū.

Canonicus quidā fuit accuſatus a patrono ſue eccleſie.

Exemplum.cxxvj.

Videbaꝝ cuidā canonico q̄daz nocte q̄ deus ſederet i iudicio z añ eū totus mūdus vocabaꝝ q̄libet receptuꝝ ſm merita ſua. Vidit etiā q̄ vnuſq̄ſq̄ adducebat ſecū aliquē ſanctoꝝ cui plus ſeruierat vt eſſet apud xp̄m aduocatus ſuus. Iſte cogitabat q̄ rogaret etiā ſanctū illū cuius canonicus fuerat cui z ſeruierat cantando. legendo. vt ſecū iret ad iudiciū ante xp̄m vt intercederet ꝓ eo moneꝛis eū de ſeruitio ſuo. Ille ſanctus reſpondit. Libenter ibo tecū. Et aſſumpſit aliū ſecū quaſi ꝓteſte. deuenerūt ſimul ad iudiciū. Cūq̄ veniſſent ante xp̄m dixit ſanctus. Dñe cōquero tibi de iſto viliſſimo leccatoꝛe qui. xx. annis z amplius comedit et bibit p̄bendā in eccl̄ia mea. z omne tp̄s ſuū expēdit viuendo luxurioſe z turpiter nec vna die finiuit hoꝛas ſuas ſicut debuit. Vnde peto iudiciū fieri de iſto leccatoꝛe. huic rei eſt teſtis iſte. Reſpōdit xp̄us Accipite eum ligatū manibus z pedibus z proꝛicite eum in infernū. Ille clericus euigilans quaſi de graui ſomno putabat ſam ſe eſſe in inferno. Et dixit illi ſancto. Domie habete p̄bendā veſtrā: quia nūq̄ plus comedam de ea. Et conuerſus ex hoc religionem intrauit z ſaluauit aiam ſuam.

Quidā iniuſtus ep̄atū adeptus ſubitanee obiit.

Exemplum.cxxvij.

Archidyaconꝰ q̄daz ambiēs ep̄atū inſidiabaꝝ ep̄o ſuo bono viro: quē occidere cogitabat. z cū cōſueuiſſet. eps frequenter venire ad matutinas z p̄uenire alios ad ſalutandū beataz virginē mariā z intrare p quandā portā. Archidyaconus collocauit ſibi ſupza portā lapidē. z veniens eps vt cōſueuerat et aperiens portā lapide cadente excerebraꝝ z moꝛiꝝ. Archidyaconus cū multo labore ep̄atum obtinuit. Cūq̄ cōfirmatus eſſet z gaudium z cōuiuiū faceret q̄dam p̄nceps ſeruiens ad mēſam coꝝā ſe flexis genibus ſubito rapiꝝ añ tribunal ſummi iudicis. z vidit ibi beatā v̄ginē cum ymenſa ſanctoꝝ multitudine z angeloꝝ. adducentē dictum ep̄m portantē cerebꝝū in manib⁹ ſuis. Et dixit bta v̄go maria. Fili mi caꝛiſſime. ecce oñdo tibi recentē ſanguinē z cerebꝝū huiꝰ dilecti militis mei quē crudelis proditoꝛ volēs obtinere dignitatē pōtificalem effudit. Rñdit dñs. quē miſtā z ꝯs ſibi. Tūc. b. v̄go ait. Ecce hic ſeruitoꝛ ſuus. cui dñs p̄cepit ſub pena moꝛtis vt citaret dñm ſuū peremptoꝛie vt. ſ. cito veniat coꝝā deo de tā nephādo crimine rūſurus. Qui ſtatim redīs turbatus ingemuit. infremuit tremuit q̄. z cultellū quē tenebat ad ſeruiendū de manu proiecit et amariſſime flenit. Rogatꝰ ab oibus z etiam ep̄o cām pandit. Quo audito ſtatim eps ſubitanea moꝛte pcuſſus ē coꝝā oib⁹ miſerabiliē eſt defunctus.

Beneficiati vix ſaluantur.

Exemplum.cxxviij.

Quidā clericus in multis eccl̄iis canonic⁹ z decanꝰ ad moꝛtē infirmatus a q̄dā ſctō viro viſitatus. dum admoneꝛeꝝ de via ſalutis moꝛ illius camera obſcuraꝝ. vocē terribilē inſonantā audiuit. ſurge ſacrilege xp̄i. depredatoꝛ pauperū z eoꝝū interfectoꝛ. iā veni z iudiciū tuū ſuſcipe tunc coꝛpus ſuū iā moꝛtuū vt carbo apparuit. Ideo vir dei p̄territus ad monaſteriū reuerſus p̄ſeuerabat et deū oꝛabat cū lacrymis iudiciū illius ſibi oñdi. Cui ſic oꝛanti clericus ille dānatus apparuit cū duobus igneis equis. ſ. ante z retro. q̄ pedibus illius doꝛſuz p̄mebant z dētibus totū coꝛpus dilaniabāt. q̄z hoꝛroꝛe vir ſanctus coꝛruit z vocē audiuit. Cur vocaſti me dānatū nec m̄ loqueris. Tandē a viro dei req̄ſitus rñdit. Ego ſum cognatus tuꝰ decanus ille dānatus cuiꝰ coꝛpꝰ iō cōculcaꝝ. q̄ ſicut ego paupes z ſubditos ſuppreſſi z cōtempſi. z ſicut mei amici z equi z multa familia mea ſubſtātias pauperū z patrimoniū xp̄i deuoꝛauerūt z male expendi z cōſumpſi in crapula luxuria ſuperbia. z ſic de aliis vicijs in quibus me exercui: ita equi iſti me eternaliter dilaniāt z conculcant. Qui vir dei. Cū fueris vir eccl̄iaſticus magnus in ſcientijs z diſcretus miꝛaꝛis te eſſe dānatū Cur de hoc miraris z nō potius q̄ bñficiati plures ſil̄iter mecū dānanꝝ. Et adiuratus addidit. Attēde ad eccl̄iam xp̄i z ad ſtabulū equoꝝ. ſtabulū reſtauraꝝ ſollicite eccl̄ia in ruina remanēte. Attende paramēta z veſtes eccl̄ie z clericoꝝ ſuppellectilia z particas. horū em̄ p̄cioſitas z valoꝛ p̄ m̄titudine ignoraꝝ. Eccl̄ie ꝺo vix reparī p̄nt p̄ vilitate z vetuſtate. Attende eoꝝ menſas repletas p̄cioſis ferculis cum vaſis plurimis z p̄cioſiſſimis auri z argenti. Eccl̄ie ꝺo xp̄i ſacraria et calices vel de ere vel cōfracte ſunt et tenues. Meretrices et ſeruitoꝛes ditant z multiplicant de bonis pauperū. Aues et canes venaticos fouent et hoſpitalitatē abhoꝛrent. Obliuiſcunꝝ diuina officia et ſanctā p̄dicationē q: ſectāt̄ laſciuiā et hyſtriones cū cātilenis. vñ p̄cipitanꝝ clerici ad damnationē. Quo dicto ſubito facto ſtrepitu terribili cū eiulatu miſerabili flāma fetidiſſima: equos cum decano inde traxit.

Clericus blaſphemus qualiter eſt punitus.

Exemplum.cxxix.

Damian⁹ in burgūdia quidaz clericus ſuperbus et ambitioſus exiſtēs. ſibi q̄ndā potentem eccl̄iam ſancti martini vſurpauit. dum q̄dā die in miſſa in fine euāgelij diceꝝ. Qui ſe hūiliat exaltabiꝝ deriſit miſer ille clericꝰ et ait. Falſuz ē Hā ego ſi me meis hoſtib⁹ hūiliaſſem tot hodie decimas et eccl̄ias nō hꝫem. Et ecce cōtinue fulmē in ſtat gladij in os eius intrauit. z ſubito eum extinxit

Miles quidã dixit oues nostre sunt. oportet eas tondere. Exemplum. cxxx.

Miles q̃dã habuit pentes deuotos non grauãtes subditos vltra debitũ. Defunct⁹ vo parẽtibus ipe cepit militiã exercere et magnas expẽsas facere. in vestib⁹ in equis ⁊ torneamẽtis. Et cũ redditus annuales nõ sufficerẽt sibi incepit valde aggrauare pauperes subditos suos vltra debitũ cẽsum cũ subsidijs ⁊ exactiõib⁹. Et cũ argueret ab amicis ⁊ religiosis q̃re tantus spoliaret suos pauꝑes. rñdit. oues nr̃e sunt: ⁊ ideo debem⁹ eas tõdere ⁊ vti eis. Tandẽ deus volens eũ ab hoc errore reuocare misit ad eũ angelũ q̃ rapto eo oñdit ei pulcrũ palaciũ in quo erant hoies vestiti aureis vestibus ⁊ omia genera organorũ et musicorũ audiebantur in palacio isto. Qui vidẽs et audiẽs tantũ gaudiũ et tantã pulcritudinem volebat intrare et repulsus est a custode porte dicente. qũovis intrare istud mundissimũ palacium cũ habeas sanguinolentã vstẽ. Qui cũ respexisset vidit se respersum sanguine. Cui angelus. iste est sanguis pauperũ quem tu violenter ⁊ sine iure exactiones faciendo accepisti. Si igitur vis intrare illud palaciũ reijcias a te istam vestem. Qui ad se rediens subditis satisfecit. ⁊ viram suam postmodũ in bono finiuit.

In Discipulo de tempore.

Eps romacien quidam male vixit ⁊ dixit ad armigeros suos q̃ñ tollerent ossa mortuorũ tunc violarent eccl̃ias ⁊ cimiteria. hoc q̃re ser. xxviij. M.

Itẽ quidã bon⁹ hõ fuit raptus ⁊ vidit duos magnos prelatos accusari coram iudice xp̃o: ⁊ ille admonuit eos postmodũ. ⁊ vn⁹ se emendauit. ꝫ alter spreuit admonitionẽ ⁊ subitanee defunctus est. Hoc q̃re sermo. lxiij. E

Prosperitas.

Mercator quidam iactauit anulũ in mare et in pisce reinuenit. Exemplum. cxxxj.

Erant q̃dã mercatores i mari seu naui simul et mutuo loquebant⁹ de infortunijs suis q̃ ipis euenerũt vicibus suis. Tũc vnus dixit. Nunq̃ aliq̃ infortuniũ habui. Et accepit anulum de manu ꝓpria ⁊ proiecit in mare ⁊ dixit. si perdam anulũ istũ tũc possum dicere q̃ etiã habui aliq̃ infortuniũ. Et cũ applicasset ad ciuitatem ipse emit vnũ magnũ piscẽ. quez secũ apportauerũt ad hospitiũ. Et q̃ñ aperuit ventrẽ piscis inuenit anulũ suum in isto pisco. Et gloriãdo dixit. Ego sum hõ fortunatus. Et cũ sederet in cena ⁊ cepisset p̃mũ morsellum de pisce statim obijt subitanee. vñ Greg. Cõtinuus successus vitaliũ eterne reprobatiõis est indiciũ.

Vir ⁊ vxor q̃ in triginta duobus annis nõ habuerũt aliquod infortuniũ. Exemplũ. cxxxij.

Duo famuli xp̃i venerũt ad quoddã hospitium rogãtes hospitari ꝓpter deũ. et mulier rẽnuit q̃uis multũ eẽnt diuites. Et sic illis loquẽtibus gallina desup cecidit ⁊ mortua est. tunc talis mulier clamare ⁊ flere cepit. Et interrogantes discipuli xp̃i cur sic clamaret ⁊ fleret. Rñdit q̃ in triginta duob⁹ annis nunq̃ aliq̃ infortuniũ nob accidit. Et famuli xp̃i dixerũt. magnũ malũ tibi et viro tuo imminet. Et recedẽtibus illis in breui omia absorpta sunt. ⁊ aqua fetida in loco isto visa est.

In Discipulo de tempore.

Hospes diues circa quẽ hospitalis fuit sanctus Ambrosius quõ omia subito submersa sunt ⁊ combusta. Hoc quere sermo. cviij. K.

Itẽ heremita bone vite quẽ bestie dilacerauerũt ⁊ diues male vite q̃ honorifice sepult⁹ est. cxlix. H.

Itẽ filia quedã habuit patrẽ probum ⁊ infortunatũ ⁊ matrẽ reprobam ꝫ sanã ⁊ fortunatã in omibus q̃ pertinẽt ad p̃sentem vitam. Ibidem. xxxvj. D.

Pulcritudo.

Mulier quedam pulcra petiuit a christo deformitatem. Exemplum. cxxxiij.

In ptibus Sueuie q̃s alemanis cõtinet siẽ a fratre ordinis p̃dicatorũ ⁊ altero auditui mulier quedam deuotissima erat nobilis ⁊ pulcra. ⁊ etiã sm̃ carnẽ inter oẽs feminas pantheras reputata. Ad hãc aũt videndã cũ multi proceres nobiles ⁊ potẽres cõuenirent. ⁊ illa ꝑ visitatiõe hmõi grauius turbaret. ne scz curiose videntibus occasio scandali ꝓberet. Et oratorij suũ sola semel intrans fusis ad deũ lachrymis dixit. Video mihi xp̃e iesu ex carne mea q̃ induisti me piculũ imminere. Nisi eñ fortiter aĩm meũ fixeris vt nulli⁹ prorsus vanitate cõmouear: tũ non modicũ ptimesco vane me posse cãm debilibus. vt in tẽptatiõe cõcupie aliq̃tenus agitent. Rogo q̃ te mise⁹rissime pater ⁊ dñe vt speciẽ meã in tantã fetitatẽ cõmutes vt sit carnis deformitas in horrore potior q̃ pulcritudo fuerat in honore. Hoc dicto lepra statim immũdissima cõtabuit vultũ eius. eruperunt pustule. et oculi tumuerũt. os ⁊ labia cõputruerũt. Nasus quoq̃ gibbosus ⁊ cũ oñi deformitate cõtortus aliena penitus faciẽ demõstrauit. Hec mora. egrediente illa occurrit maritus. virq̃ eã ꝑ habitũ cognoscẽs querit si ipa sit. At illa dixit: ego sum. mox ille totus inhorruit. ⁊ vt vidit familia oẽs simul clamabãt in planctu miranꝫ tes p̃cipue q̃d tã subito sue dñe cõtigisset. Turbatis ergo parẽtibus illius notis oibus ⁊ amicis cõsulit physicus. Rñdit incurabilẽ lepram nihil aliud adesse cõsiliũ nisi q̃ extra habitationẽ hominũ collocet. qõ ⁊ factũ est. Et audiuit frater ordinis p̃dicatorũ q̃ eius cõfessionẽ audire cõsueuit. venit ad illã ⁊ mire gaudentem inueniens querit causam inopinatã ⁊ subiti morbi. Cui illa omnia per ordinẽ enarrauit. frater iste turbatus ⁊ mirat⁹ nõ modicũ eã increpauit dicẽs. O misera ⁊ stultissima mulierũ que in cõtumeliã viri tui ⁊ piculũ ipius opus vel in te p̃cum instantia destruxisti. ⁊ pentes tuos ⁊ amicos q̃ deus laudauerũt ⁊ venerati sunt in te ad blasphemandũ nũc p tale infortuniũ coegisti. Age nunc charissima pniam. assiste p̃cibus. ⁊ ad ꝛriũ rei geste diuinã misericordiã interpelles. ꝫ dicto recessit frater. Illa aũt totaliter resoluta in lachrymis orauit ad dñm. O dñe pi ⁊ dilator vite mee liberiori mente ⁊ puriori spũ tibi seruirẽ ꝫ flagellũ lepre a tua pietate fideliter ꝓcibus expetiui. sed q⁹ audio a pie meo spũali cui me tota deuotiõe cõmiſi ꝛ salutẽ meã ⁊ te oim dñm petiuisse. Rogo q̃ tuã benignissimã caritatez. vt in me tuũ plasma restituas sm̃ q̃ tue placuerit optime volũtati. Mira res. vix verba cõpleuit. ⁊ in tanta claritate cutis ⁊ elegãtia forme subito fit facies restituta vt nec in ea vnius ruge vestigiũ vel tenuissima saltẽ macula remaneret. Quo viso gaudet miles ⁊ vxorẽ

repũkat sibi quasi redditã rediuiuã ⁊ exultat familia ⁊ fama regi geste diffũdit. letant amici. applaudit ⁊ pũa. ⁊ xpi pietas in ore oĩm collaudat. Et vir dicrus miles anno dimidio supuixit. tũc inclita mulier nõ imemor bonitatis xpi cũ vnica filia ei⁹ quã habebat ⁊ possessionibus vniuersis ad monasteriũ sororũ ordinis p̃dicatox trãsijt. qõ or lebental. ⁊ in eo auctore deo religiosissime puersabat hec Guil.

In discipulo de tempore.

Iuuenis pulcer quidã lesit se in facie. qr vna mulier cõcupiuit eũ illicite. hoc quere in discipulo de tempore sermone. cxiij. N.

Itẽ ỹgo q̃dã fecit se includi. qr q̃dã iuuenis ꝓcupiuit eã ꝓpter suã pulcrtudinẽ ḃ q̃re ser. cxxiij. N.

Capitulum de littera. R.

Res iniuste acquisite.

Mulier quedam fuit enutrita cum iniustis reb⁹ et sic damnata est. Exemplum j

QVlier deuota de anima matris sue defuncte sollicitabat i spũ suo vtrũ esset de damnãdis vel saluãdis. Attamẽ ꝓpter el̃yas ⁊ honestã famã ⁊ vitã quã inter mũdanos duxit. ipa quoq; mũda vixerat. sperabat quidẽ posse saluari eam. ꝯ tñ p ignẽ purgatorij sup hoc tñ dubiosa fuit. qr iudicia dei ab yssus multa. rogauit dñz vt eã certã reddere dignaret. Cunq; in hoc lacrimas funderet accidit die quadam vt ad missam in eccl̃ia iuxta altare quasi ad pedes dñi cũ maria sederet. ⁊ horrore cõcussa ipa videret ꝓpe se spiritũ tenebrosum astare. que signo crucis mox signata audacter quis esset interrogauit. Et spiritus Ego sum inquit mater tua. Cui illa. quõ inq̃t ẽ tibi mater mea. tunc illa. male inq̃t. nihil me iuuare poterunt tue p̃ces. quia eternaliter damnata sum mox filia eiulatu ⁊ gemitu heu inq̃t mater q̃ ẽ causa damnationis tue. Cui illa. enutrita q̃dẽ fui ⁊ vir in his que p iniusta mercimonia ⁊ vsuras acquisita fuer̃t. conscia mihi male ablata restituere non curaui. nec aduertere volui quid cõtra deũ in meo hospicio et meis subditis ageret. Sed tortuosas mũdi vias ingressa spreui arguentẽ sup his malis meis nec in'vllo me emẽdaui ⁊ penituj. ⁊ sic obij. Hec dicẽs mater repente disparuit. ⁊ sic filia amplius p ania matris nunq̃ orauit. Dñ etiã Aug. Si scirem patrem meum in inferno non plus orarem pro eo q̃ pro diabolo. Hec Guil.

Quidã sex denarios nõ soluit quõ punitus est. Exemplum ij

QVidẽ tenebat cuidaz vidue sex nũmos ⁊ ipa semp ammonuit eũ vt sibi psoluoret. et ipe sic obijt nõ solutis. ⁊ appuit cuidaz deuote psone ⁊ suppicauit vt isti denarij psoluerent et adiecit q̃ passus illa vidua ad me venies fecit tot ego grauissimos ictus in purgatorio sustineo. ⁊ ad buc oportet me sustinere q̃diu denarij nõ sũt soluti

Vsurarius quidã in extremis confessus est ⁊ vsuras restituit Exemplum iij

VSurari⁹ q̃dã incidit in magnã infirmitatẽ. ⁊ ammonit⁹ p amicos ⁊ p vxorẽ vt cõfiteret ⁊ cõicaret. Quib⁹ ille quid mihi de restitõe exq̃ ita diu distuli. Cui amici. sp debetis ꝓficere forte deus dabit vobis grãm suã. Tãdẽ vocat⁹ ꝓfessor. Cui dixit vsurarius. Dñe libenter ꝓfiterer. sed nimis inuolutus sũ pctis ⁊ vsuris ⁊ nescio quõ eundere possuz. Cui cõfessor nolite desperare. tantũmõ cõfiteamini. qr cõfessio tãte vtutis ẽ q̃ oia pcta in confessiõe dimittũtur. Tũc ille cepit cõfiteri ⁊ dñs dedit ei tantã grãm ⁊ cõtritionẽ q̃ vix poterat loq̃ p fletu. Et statim post cõfessionẽ oẽs vsuras restituit iuxta ꝓsiliũ sui ꝓfessoris ⁊ p suis pctis satisfecẽ.

Vsurarius quidã cõmisit oẽs res suas abbati. Exemplum iiij

HAbit q̃dam vsurari⁹ diues. q̃ diuersax ecclesiax thesauros loco pignoris tenebat. Cui⁹ cor cũ esset irreplebil̃ auaricie. pcussus ẽ pemptoria infirmitate. Tũc pmũ in se ruersus lz sero. ꝓsiderare cepit pond⁹ vsure. tormẽta gehenne. difficultatẽ pnie. Et vocãs ad se quendã abbatẽ nigri ordinis sibi familiarẽ dixit ei. Dñe grauit infirmor nõ possum aliq̃d de rebus meis ordinare nec; vsuras restituẽ. Si voluerit̃ de alia mea reddere rõnẽ pctõx meox mihi ꝓmittere absolutionẽ. oĩa bona mea tam mobilia q̃ imobilia prãti vre sb̃ũciam vt de illis qõ visũ vob fuerit faciat̃. Cernẽs abbas hoiem ꝓtritũ ⁊ vere penitẽtẽ rñdit. Ego deliberabo festinãsq; ad ep̃m iuit. ⁊ vba vsurarij ei exposuit. rñdit eps. Bonũ mihi videt vt p aia ei⁹ rñdeas. ⁊ sb̃stantiã recipias. ita dũtaxat vt eccl̃ie mee thesauros de iure sibi debitos restituas. Mox abbas ad egrũ rediẽs rñdit. ego deliberaui vt bona tua suscipiã ⁊ p pctis rñdeã. rñdit infirm⁹. nũc ꝓsiliũ meum ẽ vt allatis curribus oia mea afferas me nouissimie tollẽs nullũq; patieris. ipedimẽtũ in afferẽdo. habebat eni arcas plenas auri ⁊ argẽti. pignora etiam pl̃ia i vasis. libris. ⁊ aljs ornamẽtis. frumẽtũ vinũ oleuz. ⁊ suppellectilia mlta. pecora q̃z infinita. Tũc abbas pus oĩbus p̃missis nouissime in gestorio ponens infirmũ ꝓperauit ad monasteriũ. ꝯ mox vt ille monasteriũ intrauit spm̃ exalauit. abbas vo non imemor spõsionis sue inc̃tũ potuit oib⁹ ⁊ singulis supueniẽtib⁹ vsuras restituit. pl̃imas pauprib⁹ largiens p illi⁹ aia el̃yas. residuũ in vsus fratrũ puertit. Et postmodũ aia ipi⁹ erepta de ptãte demonũ. p angelos tanq; veri ꝓtriti ⁊ penitẽtis pñtata ẽ domino nr̃o ihu xpo. qr gaudiũ ẽ angelis dei sup vno pctore pniam agente. Hec Guil. in li. de apibus.

Diabolus possidet pecuniã vsurariã. Exemplum. v

VSurarius q̃dã posuit pecuniã suaz ad qõdaz monasteriũ vt ibi seruaret sibi. Et cũ quadã die quidã deuotus monachus ꝛval therus nocte iuxta scriniũ in quo pecunia seruabat orare. videbat diabolum supsedere. Territus autẽ ad horam. sed signo crucis munitus interrogauit Quid hic sedes aut quid hic expectas nequissime humani generis inimice. Et ille ait. Juste hic sedeo hoc quod meũ ẽ cõseruo. Nec mora monachus ad abbatem currẽs quid vidisset exposuit. Abbas vero statim pecuniã extra monasterium cum omni velocitate remisit.

Abbas remisit pecuniam vsurariam monasterio uo legatam Exemplum vj

Vrsurarsus quidã legauit monasterio magnã sũmam pecunie. librarum forte mille sexcentarũq; ex qua pecunie multe possessiones sunt emote. Postmodum alius abbas q̃ fuit vir arte ꝓscie est electus. Qui vt cõperit factũ dolusit. & venditis oibus atq; pecudib⁹ rebusq; mobilib⁹ & imobilibus pecuniã misit testamẽtarijs. vt spoliatis singulis sua redderent. Meminit ãt assumere volente restitutõis penã pecunia itez ad monasteriuz est delata. Ipis ergo abbas reportantib⁹ indignat Jussitq; eã iterato referri. & in foro cozã oibus ciuibus & oi plebe deponi. dicẽs. pecuniã qui vult accipiat. nostrã esse rennuo. quã iniuste acquisitã nõ dubito. quod vt viderũt ciues edificati nõ modicũ i b facto cõi ꝓsilio q̃ man⁹ viroz fideliũ pecuniã ipas iniuriatis singulis reddiderũt. Monasterio autem deus nõ mlto post in decupulo plura restituit. & qõ ante tenuissimũ & fere modicũ fuisse ꝓbatur. nunc eligans & multis copijs ẽ ampliatũ. In hoc monasterio multos vidimus sanctos & plerosq; i prophetie spiritu & miraculis clarere hoc Guil.

Miles quidã abstulit pelles & etiã partẽ agri.

Exemplum vij

Miles quidã defunct⁹ fridericus nomine apparuit cuidã ciui in dextrario nigerrimo de cuius narrbus fum⁹ & flamma ꝓcedebat. tectus pellibus ouinis. & molẽ terre gestans in humeris. Cui ciuis. Estis vos dñs Frideric⁹. Respondit. ego sum. Subiũxit. vñ venitis. & qd significant ista q̃ video. Ego inqt in magnis penis sũ. pelles illas cuidã vidue abstuli. quas modo ardẽtes sentio. Silr partẽ cuiusdã agri mihi vendicaui iniuste cuius nũc pondere premoz. ꝛ si filij mei ista restituerent. penã meã multuz alleuierẽt. sicq; euanuit. Audientes filij verba patris ab illo maluerũt eũ in penis eternis manere q̃ ꝓdicta restituere.

Demones impediunt restitutionẽ rerum.

Exemplum. viij.

Quidam demoniacus ductus erat ad quendam sanctũ virũ. qui ꝓcepit demoni vt exiret. & nomẽ suum diceret. Ille ait. Nostrũ sunt tres q̃ habitant in hoie isto. & ego vocoz claudens coz. & officiũ meũ ẽ coz peccatozis claudere. q̃ non possit habere verã ꝓtritionẽ. Si ei ꝓtritionem habuerit. tunc frater meus q̃ hic mozat vocat claudens os q̃ laborat ad b q̃ homo non p otest ꝓfiteri pure. q̃z si ꝓfitet & ꝓterit tũc tertius frater me⁹ qui hic mozat vocat claudẽs bursam. ne ei pecunia deficiat & in pauptatẽ incidat. q̃ laborat ad b vt nõ satisfaciat restituẽdo ablata & iniuste acq̃sita & ille plures nobis oib⁹ acq̃rit. qz licet oẽs ꝓterãtur q̃nq; cõfiteant tñ raro vel nunq; plene omnia iniuste acq̃sita restituũt & sic seipos damnãt. quia peccatũ nõ dimittitur nisi ablatum restituat.

Diues quidã abscondit thesaurũ sunm in muro.

Exemplum ix

Dues infirmus nõ potuit ꝓfiteri vnũ peccatum. s. thesaurũ absconditũ in muro. qz diabolus linguã eius tenuit. Tunc sacerdos eucharistiã apportauit dicẽs. Dñe ihesu xpe ostẽde potentiã tuã in illo infirmo. & statim fugat⁹ ẽ diabolus & infirm⁹ deuote ẽ ꝓfessus. & iussit effodere thezaurũ & pauperibus dare ꝓ anima sua.

Elemosyna de iniustis rebus deo nõ placet.

Exemplum x

Dues q̃ sub typo el'ye paupib⁹ quiuiũ fec. inter quos cũ q̃dã obsessus esset. & ceteris mãducãtib⁹. ipe q̃dẽ ozi applicaret ꝫ eidẽ vesci nõ posset. dum quidã ex circũstantib⁹ ꝫ vidissent dixerũt. Inq̃. cur nõ sinis hoiem mãducare. q̃ bus ille respõdit. Nolo vt peccet. eo q̃ el'ya ista de rapina sit. dicẽtib⁹ illis mẽtiris. qz is q̃ fec eã hõ bonus ẽ. Rñdit nequaq; mẽtioz. vitulus iste q̃ iter pauperes ẽ diuisus i q̃nta generatiõe fuit ab illa vacca q̃ p rapinã hẽbat. Et satis mirati sũt q̃ aderãt. b. Le.

Quidã pegrinatiões fecit cum iniustis rebus.

Exemplum xi

Quidam homo iuit ad diuersa limina sanctoz & quicq̃d in via expẽderet totũ p vsuram acq̃siuit. Tãdẽ xpter diuersos labores infirmabat vsq; ad mortẽ. pp'is eni planxit eum. & oẽs quasi sanctũ eũ credebãt. Et sic iacẽs p tres dies sine loq̃la q̃rta die oib⁹ circũstantib⁹ clamauit di. Null⁹ ozet ꝓ me. qz dãnat⁹ sũ & iudicatus Et q̃sierũt de bonis opib⁹ ei⁹. Rñdit. nihil mihi prosunt pegrinatões mee. & opa mea q̃ in pctõ mortali feci. qz de vsura ẽ illa pecunia quã sic expendi. quaz debui alijs restituere. Ergo ptz q̃ de⁹ de mal' acq̃sitis uõ vult honozari. In discipulo de tempore

Puer. ix. annoz q̃ a familia mris accõmodauit denarios quõ punitus ẽ. sermone. cliij. J.

Item miles quidã rapuit faccã vidue dicẽs si ego nõ facerẽ tũc alius faceret. sermone. cliij. F.

Item quidã nutriebat mltas colũbas & dixit. si contra deum esset q̃ recederent. & sic omnes recesserunt. Hec quere sermone. lxxxij. C.

Item pater quidã habuit duos filios & vnus factus ẽ heremita. & alter dãnatus ẽ cũ patre & maledixerũt sibiñuicẽ in inferno. sermone. xxiij. R

Item puer quidam furat⁹ ẽ germano suo obolũ quõ in puteũ ꝓiectus ẽ sermone. cxliij. C

Item monachus quidã denarium ꝓ naulo non soluit. sermone. cl. C.

Item famul⁹ q̃dã furatus est domino suo ficus & nõ potuit eucharistiã accipe de manu beati thome apostoli. sermone. xxiij. D.

Itẽ rustic⁹ q̃ furatus est palũ quõ in agone infestauit eũ diabol⁹ cũ palo ignito. sermone. cliij. H.

Item diues quidã sepultus ẽ in inferno. & arboz ꝓcessit ab eo. & in ramis pependerũt heredes ipi⁹. quere sermone. cxiij. E.

Item miles quidam visus est in scala in inferno xpter iniustas res & fuit decim⁹ in ordine de ista ꝓ genie. sermo. xxv. M. & cliij. M.

Item pater quidã dixit ad filiũ vt digitum suum teneret ad ignẽ donec diceret vnum Aue maria. sermone. xxxvj. D.

Itẽ rufus discipul⁹. b. cyrilli dãnatus ẽ xpter res cũ ludo acq̃sitas. xij. M.

Religiosus.

Religiosi crucifigũt se cũ xp̃o. Exm. xij.

In quadam domo ordinis cuiusdam conuersus quidam fuit bonus & disciplinatus rudolfus nomine. cui diuinitus multa reuelabantur. hic cum nocte quadam dictis

matutinis ante lucē sub diuo staret. ⁊ oōnes. q̄sdā diceret. xp̄m in aere crucifixū pendentē vidit. ⁊ circa eum. xv. boies singulos in singulis crucibus. Ex his decē erant monachi. ⁊. v. puersi. oēs ei bñ noti. vtpote ꝑgregatōis sue ꝓfessi. ita acr fuit illuminat⁹ ex xp̄i p̄ntia vt singulos bñ discerneret. Cunc̄z stupefactus staret ob tam mirabilē visionē dñs de cruce clamauit. Hosti rudolfe q̄ sūt hi quos vides circa me crucifixos. Rūēdte cōuerso. noui dñe qui sūt sed q̄d sit q̄ō video prorsus nō intelligo. Subiūxit Dñs. hi soli ex oīi ꝑgregatōe mecū crucifixi sunt. mee passioni vitam suā confirmātes.

Religiosi debēt esse p̄tēti in cibo conuentus.

Exemplum xiij

REligiosa quedā psona que lautius ceteris in vino piscibus. ⁊ q̄nc̄z carnibus vixit. vidit i visiōe frēs in refectorio arida cibaria sumere. Tūc. b. ẏgo maria cū mlto comitatu affuit ⁊ cū aureo cocleari dedit de electuario q̄ō puelle tenebant singulis. Cunc̄z venisset ad illam psonam singularē nihil ei dedit dicēs. Nō habebis. q⁊ singularis es. Ista psona hec vidēs singularitatē deposuit. ⁊ gustauit q̄ō oēm dulcedinē superauit.

Requies

Senex quidam. lxx. annis in heremo nō habuit requiem. Exemplum xiiij

FRater quidā sedēs singularis turbabat a diabolo p multas temptatiōes ꝑgens ad abbatem theodorū dixit q⁊ turbaret. Senex aūt dixit ei. vade humilia mētē tuā⁊ sōdere tecū habita cum alijs. Abijt aūt in mōtē ⁊ māsit cū alijs et reuersus postea ad senē dixit. nec cū alijs hoibus quietē inuenio. Et dixit ei senex. Si solitari⁹ nō requiescis nec̄z cū alijs ꝑcordaris. cur voluisti te monachum facere. nōne vt sustineas tribulatōes. Dic aūt mihi quot annos habuisti i habitu isto. Rndit octo. Ait senex. Crede mihi habeo i isto habitu. lxx annos nec vna die potui requiē inuenire. ⁊ tu in octo annis requiem habere vis. Ridere

Quidam nimis frequēter risit quō punitus est

Exemplum xv

IN quodam monasterio in q̄ sanct⁹ Patricius fuit abbas legit quendā fuisse monachum cuius sanctitati inuidebāt demones Sed quia nemo sine crimine est. hoc solū vicius habebat. quia nimis cito ⁊ sine vtili causa in risum ꝓrumpebat. ⁊ q⁊ fm dei iudiciū cū culpa pena deleat huic pena debebat. ideo p̄misit deus q⁊ ipm dormiēte dēmones asportarēt. ⁊ p triduū detinuerūt eū et postea ad lectū suum grauiter vulneratū ⁊ flagellatuz detulerūt. qui cōfessus fuit se horrēda ⁊ stupēda ⁊ tremenda vidisse. q̄ postea supuixit. xv. annis. nec tamē eius vulnera poterāt aliquo medicamine curari. sed semp recētia manebāt ⁊ apta. quoꝝ quedā ad mensuram vni⁹ digiti ꝓfunda erant. Huius Guilbert⁹ vt legit. vulnera se sepe p tractasse dixit. et eum suis manibus sepelisse testatus est. Dictus autē vir q̄ hoc viderat qñ videbat aliquē leuiter ridentem vl incōposite se habētē dicebat. O si scires quāta huic dissolutioni pena debetur dissolutiones et mores incōpositos forsitan emēdares.

Capitulum de littera. S

Sepultura.

Eps qui ꝓter pecuniā sepeliuit hoiem prauum quō punitus est. Exemplum j

EPiscopus quidā acce pro pcio valerij prauū hominē in eccia sepeliri p̄misit. Eadē vero nocte q̄ sepult⁹ est be. Faustinus martyr in cui⁹ eccl'ia corpus illi⁹ prauī hominis fuit humatum suo custodi apparuit dicēs. Vade ⁊ dic epo vt ꝓiciat hinc has fetentes carnes quas hic posuit. q̄ō si nō fecerit die tertē morietur ipe. Et epus nō curauit ammonitionē illius die tertio eps eiusdē ciuitatis cū vespertina hora sanus ⁊ incolumis ad lectum iuisset subitanea ⁊ inopinata morte mortu⁹ est. Hᵹ Greg. in dya. li. iiij.

Quidā de nocte tract⁹ ē de eccia. Exēm. ij.

QUidā puersus hō ⁊ malicios⁹ ⁊ lubricus valentinus noīe cum corpus illius in ecclesia sancti Siri martyris sepultum esset nocte autem media in eadem ecclesia facte sunt voces. ac si quis ex ea violēter depelleretur atc̄z foras traheretur. Ad quas nimirum voces cōcurrerūt custodes. ⁊ viderūt quosdā teterrimos spūs qui eundem valentinū p pedes q̄dam ligatura strinxerūt ⁊ eū ab eccl'ia clamantē ⁊ nimiū vociferantē detrahebant. Mane aūtē facto apientes sepulcrū quo idez valentinus positus fuerat corpus eius nō inuenerunt. Cunc̄z extra eccl'iam eū quererēt ꝓiectū inuenerūt eū extra locum sacratum adhuc ligatū. sicut fuerat extra eccl'iam tractus. Hec gregorius in. iiij. dialogo.

Usurarius in monasterio sepultus inquietauit monachos. Exemplum iij

VSurari⁹ quidā in quodā claustro a monachis est sepultus. Ipe de nocte egredies sepulcrū eiulando ⁊ clamādo discooperiebat domū monachos mirabiliter inquietauit bacculo p cutiebat. ⁊ de mane inuentus ē extra ciuitatem i cāpo. Iterū repositus ē in sepulcro suo. Qō cū plurtes factū fuisset adiurat⁹ est a quodam viro sancto vt diceret quare ipe ⁊ monachi quietē nō haberent Et ille. de me speratū ē. quia sicut vsuris meis infestaui paupes die ac nocte. ita modo amplius nō q̄escam. vos autem quiescere poteritis si corpus meū de claustro eieceritis. Qō ⁊ factum est. ⁊ postea ab eo non sunt molestati.

In discipulo de tempore

Usurarius quē asinus portauit infra patibulum et ibi sepultus est in sepulchro patrū suoꝝ. q̄re sermone. cxiij. H.

Seruire deo

Seruus xp̄i tria debet habere.

Exemplum iiij

LEgitur in vita beati Francisci. qui cum seorare a deo deuotis orationibus deprecaretur vt ei reuelare dignaretur. vt dignus seruus esse mereretur. facta est ad eum vox de celo dicens. quando de me cogitas aut de me loqueris aut fm me aliquid operaris tunc seruus meus eris cum contraria opararis seruus alterius efficieris. vnde Augustin⁹. Nulli placere studeas ni soli deo in vita tua.

In discipulo de tempore.

Seruiendū est deo ex charitate. vñ legit exēplū q diabolus venit ad quendā senē t iuuenem suum de numero damnatoꝝ dixit. ipe tantē iuuenis eque bene seruire voluit deo ꝓpter suam infinitam bonitatem. sermone. clv. D.

Societas

Clericus ꝓpter malam societatem est suspensus.

Exemplum v

Duo clerici iuerūt ante tabernā quandaz in quadā ciuitate. in q̄ erāt cantus dulces et solacia magna t multa. Inuitati sūt ad illis qui erant ad potū. Dicit vnus non intrabo. q: dicit pbs Nō est transeundū p vtā gentis iniq̄. Illo vero recedēte alter intrauit. Et cū alter esset ibi. ecce iudex querēs illos q̄ erāt ibi. q: fecerūt homicidium in alio loco. t tā clericū q̄ illos suspēdit. Cuz aūt clericus suspēderet dixit. mō scio ꝙ tarde. fatus ē q nō credit pbo de vitando consortio prauoꝝ. ꝓpter ꝓsortiū eni tale hec patioz. Somnia.

Somnia seducunt homines.

Exemplum. vi

Quidam attendens somnia t somniauit eum longo tēpore victurum. Cunq̄ multas pecunias p longiozis vite stipendijs collegisset. subito defunct⁹ ē. t oia p⁹se relict. t nihil secū nisi opa bona vel mala portauit. Sortilegia.

Quare plures mulieres damnant q̄ viri.

Exemplum vij

Legit q quidā necromātic⁹ conuersus ad fidē vna vice adiurauit demonē vt sibi indicaret an plures viri dānarēt an pl'es mlieres Rndit demon q pl'es mulieres. t ille dixit. Quō p potes dicere cū sint ml'ti vsurarij. raptozes. lusozes adulteri. bibuli. t blasphemi. diabolus imo sic est vt dixi. Et ille. dic mihi cām quare pl'es mulieres dānant. t noluit indicare sibi. Tunc coegit eum. t ille ait. ꝓpter sortilegia t diuinationes. q: vt plurimum falsificant fidem suā catholicā cū carminibus t diuinationibus exemplo cue ꝑme matris. q̄ plus credidit diabolo loquēti ex serpēte q̄ ipo deo q ꝓhibuit eis comedere de ligno scie boni t mali. ꝙ eua credidit diabolo dicēti. Nequaq̄ moriemi ꝙ eritis sic dij. scientes bonū t malum.

Nobilē dixit diabolus mozitur in terra sancta

Exemplum viij

Nobilis quidā vir strenu⁹ t ꝓpotens inter suos. nocte quadā p siluā terribilē transiēs audiuit vocē mulieris q̄si in vicino cantātis. t dixit suis. Est ne qs vr̄m q mecū vadat mulierē illam cantantē videre. Quibus ergo dissimulantibus t ꝓhibentibus ille prexit solus. t inuenit stantem sub arboze q̄si nigrā monialē extensis in celum manib⁹ t cantantē. Quā cū interrogasset qd ageret ait. b̄ laudo deū meū. Credēs q̄ ille aliquā ictāz esse rogauit eā dicēs. Dic mihi obsecro qd futuz ē mihi t illa ml'ta inq̄t mala feci'sti. t adhuc facies. deuictis inimicis tuis transmarinā crucē suscipiēs trāsfreta bis. t in xpi seruitō morieris. Ad hec verba gauisus ille recessit vt ei ꝓdictū ē facta cede hoim inimicos deuicit. Qui cū ꝑtolaret crucis ꝓsignationē vt trāsfretaret incidit in acutissimā febrē. Rogantibus ergo t consulentib⁹ phisicis t amicis vt ꝓfiteret peccata t peniteret cōicaretq̄ eccl'iasticis sacris. q: pculum ei imminē videret noluit ille. nullo modo reputās se moritur. Cūq̄ sup hec phisici mirarent. frēs illi⁹ carnalē magne indol' clericū vocauerūt. Qui frēs piculū intimātes sup salutē aie ei⁹ admonēdū instantius ꝓsulebāt. Vox ad frēm ingressus clericus arguit piculosius infirmātē. q̄t ille. Cui inq̄t vt alij stulti⁹ mihi instas. q: optie scio q mō neq̄q̄ moriar Cui clericus cū lacrimis dixit. Et vnde hec habes frater charissime. t ille tādē. sic dictū est mihi q crucem accepturus sum. t in terra sancta in xpi seruitio moriturus. Ad hec vba frater ei⁹ tactus dolore cordis intrinsecus. Vere inquit charissime. antiqu⁹ ille hostis diabolus tuo nūc insidiatur calcaneo. q etiam mēdacio suo nunc te nititur decipere moritu rum. age ergo salutis tue causam. t penitere. t ipleas qō rogo. Nec mora. decumbēs aduocari petit p sbiterū. postulat veniā. cr mē ꝓfitetur. statuit testamentū. accepit corpus xpi. inungitur exalat spiritū et sic vt credim⁹ ab insidijs demonū liberat. Nec diu postea defuncti frater clericus bonitatē xpi in mortuo recognoscens p̄dicatoꝝ ordinem intrās multa in seculo dereliquit.

Quidam demonibus preparauerunt mensam vt sic ditarentur.

Exemplum ix

Cum sanctus german⁹ declinasset ad q̄dam hospitiū. vidit post cenā mensam iterū ꝓparari. Et cū admirat⁹ q̄ fieret quib⁹ talia ꝓpararēt dixit ei hospita sua q bonis rebus q̄ de nocte incedebāt. vt ipi de hoc ditarent in rebus temporalib⁹. Unde vir sanctus de nocte vigilans cum demones in forma humana veniss̄ent t cuz ad mensam sedissent illis de domo in lectis suis quiescentibus vir sanctus surrexit. t demones nō ꝓmisit abire de domo. Et excitās illos in domo inquirens ab eis si ꝓsonas illas cognoscerēt. qui cū dicerent q sic. Vir sanctus misit illos ad domos vicinoꝝ suoꝝ vt viderēt si essent ibi t inuenerūt eos in domibus suis. Quod cuz viro sancto retulissent coegit demones indicare sciꝑos. t ꝓfessi sunt se esse demones. t sic homines illudere.

Mulier quedā in extremis dixit kuckuc.

Exemplum x

Egrotauit quedā mulier vsq̄ ad mortem et dixit ei filia sua. mater mitte ꝑ sacerdote vt cōfitearis peccata tua Cui mater ad quid. Si modo sum infirma cras vel posteras ero sana. Filia vero videns eā deteriozari addurit plures vicinos vt eam similiter admonerent. Quibus illa. quid dicitis vel quid timetis. ego nō moriar ante duodecim annos. audiui cuculum qui dixit mihi tandem in illo periculo obmutuit. t tunc misit filia sua ꝓ socerdote. qui venit t attulit quod debuit. Et ad eam veniēs querit si aliquid velit cōfiteri. Illa solum dicebat cucuc. Item sacerdos offerens ei corpus domini. t querit iterum si credit esse salvatorem t illa respondit cuccuc. Et sic reuerente sacerdote post paululum obijt.

Quidam putabat se adhuc. xxij. viuere

Exemplum. xj

Quidā religiosus cum auē quē cuculus dicit a voce nomē habēs crebrō cantantē audiret vices interruptōnis numerauit et. xxij. inueniens ecs p annis totidē vite sue cōputauit. Eya inquit. certe. xxij. annis viuam ꝓpter quid me tanto tpe in ordine macerabo. redibo ad seculū z gaudebo i seculo. z seculi delitijs implear. z. xx. annis fruar. duobus vero annis q̄ super sunt penitebo. Sed dominꝰ iesus q̄ oē augurīū odit aliter q̄ ille q̄l ordinauit hoc disposuit. Nam duos annos quos penitētie ordinauit eum in seculo viuere pmisit. Et annos. xx. delitijs ordiatos iusto suo iudicio subduxit. quia post duos annos ille miser obijt.

In discipulo de tempore.

Comes quidam iuit ad phitonissam z interrogauit eam de duobus equis quomodo ipa mēlita est. boc quere de tempore sermone. xlj. J.

Item heremita quidā vidit dyabolum custodire porcos in agro. boc quere sermone. xlj. D.

Spernentes proximos.

In discipulo de tempore

Sacerdos q̄ abhorruit leprosos infantū q̄ cōfessiones eorum per murum audiuit similiter z quidā famulus abominabatur leprosos intantū q̄ noluit eis porrigere elemosynam. z ambo isti facti sunt leprosi. boc quere de tempore sermone. lv. M.

Item aduocatus quidā in agone dixit se esse cattum. z sic obijt quia pauperes spreuit. sermo. lix. L.

Superbia vestium.

Mulier quedam ꝓpter supbiam vestium perdidit sensus.

Exemplum xij

Quedam mulier cōiux cuiusdā militis quadam nocte vidit se in somnis portare quod dam vexillū. qō coloze sanguineo erat intinctum. boc aūt vidit cū pregnās esset. Euigilās aūt a somno sensum pdidit continue. z aliena cepit loqui. viro suo valde mirāte. z post paululū videbatur sibi xp̄ianā fidem quā hactenus habuerat inter manillas suas esse z inde cōtinue exire. Sic diabolꝰ eum iudificauit. cuiꝰ aniam venari cupiebat. Amici q̄z eiꝰ ptristati magno meroze ꝓ tāto infortunio qō ei accidit assumētes eā duxerūt ad loca sanctorum si forte obtinerēt sibi sanitatē. Pernoctauit in eccl̄ia sctē trinitatis q̄ sctā trinitas. s. vnꝰ deꝰ i tribꝰ psonis noluit ei sanitatē tribuē. q̄z salutz eiꝰ donū suabat regine. s. genitrici dei Marie. Post h̄ fcā ē aqua benedicta a pluribꝰ pbiteris multis exorcismis adiurata. etiā multis bñdictiōibus roborata i quā dum venisset mersa ex infirmitate deterioz facta ē. vt multomagis laborare insania capitz. Peracto aūt anni circulo postq̄ infirmitatē inciderat appropinquāte die festo purificatōis. b. maria vīginis pducta est ad quandā eccl̄iam in honoze ipius conditam. Ibi ergo dum pnoctaret apparuit ei. b. vgo maria dicens sibi q̄ ꝓpter supfluum ornatū ꝓpter supbiam suā. z ꝓpter nimiā complacētiā quā habuit in vestibus z pulcritudine corpis sui ei hoc accidit. Et si se emēdare vellet z ammodo hūiliari studere eam vellet sanare. Que ꝓmittens h̄. z signās eaz. b. vgo maria sana surrexit. z ista suis caris intimauit. z postmodum laudabiliter vixit.

Mulier quedā circūdata est demonib⁹ ad modū glirium. Exemplum xij

Quedaz dñica cū sacerdos in eccl̄ia cuius erat plebanus circūiret. z cū aqua benedicta populū aspgeret. ad ostiū eccl̄ie veniēt matronā q̄ndā cū pompa venīrem ad similitudinem pauonis varijs ornamētis pictā obuiā habuit. i cuius vestimētoz cauda quā trahebat post se lōgissimā multitudinē demonū sedere conspexit. Erāt eni qui vt glires. nigri vt ethiopes oze cachinnātes manib⁹ plaudētes. z sic pisces intra sagenā pclusi saltātes. Quos vt vidit plebanꝰ vocauit ppl̄m. demones ne fugerēt adiurauit. Territa illa sentit vt visionē ppl̄s videre mereret. qz vir bonꝰ z iustꝰ fuit i ozōib⁹ obtinuit. Intelligēs igit mulier ob vestimentoz supbiā se sic a demonib⁹ inhabitatā. domū rediit z vestē mutauit. z tā ipi q̄ ceteris feminis eadē visio occasio facta est hūilitatis. Hec Cesarius.

Mulier ornata ē rhete diaboli. Exem xiij.

Soz. b. ber. venit eum visitare in ornatu vano z nimis supfluo. ideo. b. ber. sozorez suam esse negauit. Tūc illa ꝓpūcta z lacrimis pfusa rūdit. z si peccatrix sum. rū xp̄s ꝓ talibꝰ mozi dignatꝰ ē. Veniat ergo frat meꝰ seruꝰ iesu xp̄i et iubeat q̄cq̄d vult. pata suz ei obedire. z depositio ornatu venit ad eā. b. ber. z ait. Sufficit eni matrez xp̄i imitari. nā stultissimū est deū tali ornatu ꝓuocare. qz vanus ornatus nō ē aliud nisi rhete diaboli et gladius igneus bis acutus. occidēs habētē i anima ꝓ supbiā. z aspicientē ꝓ luxuriā. de quib⁹ aiabꝰ redditura es rationē in die nouissimo. z erit aia tua p aia illiꝰ quē sic occidisti. Et illa cōpūcta ex vbis b. ber. postmodum seculū deseruit. z cum licētia sui mariti religionē intrauit z laudabiliter vixit.

Multi demones visi sūt circa pessimū hominem

Exemplum. xv

Erat quidē prescieꝰ diē mortis sue p̄dixit ceteris fribus suis ipm diē. appropinquāte aūt hoza mortis sue intrauit q̄dam valde facinoꝛosus hō claustrū z stetit in ābitu claustri. Eadē hoza ꝓgregati sūt oēs fres. z pstolabant mozte fris sicut p̄dixerat. Tunc dixit frat infirmꝰ astantibus. inuanū expectatis anie exitū. qz mozi nō possum q̄diu ille pessimꝰ malefactoz pns ē in claustro. video eni tot demones circa ipm q̄ nūerari nō pnt. Vnde ania mea timet egredi de coze meo nisi ipe pus deijciatur. z mox illo electo frater obdoꝛmiuit in domino. Qō cū ille peccatoz ex fratrū relatione intellexisset statim compunctus z confessus ordinez intrauit. z vitam sanctam in domino consummauit feliciter.

Comitē quendā diabolus in equo eduxit.

Exemplum xvj.

Elinandus refert q̄ cū Petrꝰ abbas cluniaceñ. quadā die solēnit. z comes matisconensis in ꝓrio palatio resideret cū multis alij. repētē homo ignotus insidens equo p ostium palatij ingressus cūctis videntibus z mirātibꝰ vsq̄ ad ipum comitē quenit. dicens se eum velle alloqui impetrans ei vt sur[illegible] et sequeretur eum. Qui non valens resistere surrexit et ad ostium palatij perrexit vbi equum paratum inuenit. quem iussus

statim ascēdit. ⁊ frenū ille accipiēs q̄ ꝑter eū venerat velocissimo cursu p aera cunctis cernētibus ferre cepit. Ille aūt miserabiliter clamās. Succurrite ciues succurrite totā ciuitatem cōmouit. Dēs autem eum p aera currentē aspexerunt. q̄ diu naturali acie oculorum videre potuerūt. Sicq̄ tandē subtractis visibus hominū factꝰ ē eternus sociꝰ demonū.

Miles ne pder et famā audacie sue noluit in agone mortis ꝓfiteri. Exemplum xvij.

Miles quidā multū audax fuit. ⁊ fideliʳ mūdo seruiuit ⁊ ei placuit mundus ⁊ h̄ p q̄draginta duos annos in tota vita sua deū nunq̄ veraciter ⁊ ex corde inuocauit nec aliquādo confessus fuit. Ultimo infirmabat ad mortē. ⁊ multi amici eius venerunt ad eum rogantes vt confiteretur ⁊ deum inuocaret in suum adiutorem. Infirmus respondit. hoc nō faciam vos scitis. quia mūdus diligit me ꝑter meā audaciā. Si modo ꝓfiterer ⁊ deum inuocarē homines dicerēt q̄ timore mortis hoc facerem. ⁊ sic perderem honorē meum. Nolo ergo cōfiteri vt nō pdam honorem meū ⁊ laudē meam. quā p. xlij. annos fideliter totis viribus consummaui. Post statim mortuus ē. ⁊ diaboli accipientes animā eius cum magno strepitu ⁊ eiulatu p̄duxerunt ad infernū ꝓfundum.

Quidā dixit. quis est qui mihi possit resistere.

Exemplum xviij

Nobilis quidā superbus erat ⁊ cum h̄ potēs et ex superbia pauper despexit intrantes q̄ nec eis loqui nec salutari vellet. Quadam die cum ēsset in magno gaudio ⁊ multos nobiles inuitasset. dixit ad suos hospites. Quis ē q̄ mihi possit resistere. Rñdit tibi quidā senex miles dicēs. Ille qui humiles exaltat. ⁊ superbos humiliat. s. deus q̄ nos creauit. ⁊ tibi oia que habes vel possides donauit. Nobilis dixit. ea que habeo ex iure hereditario possideo. ⁊ ea p meipm acquisiui ⁊ augmētaui. Ex quia ille miser nō dedit deo gloriaz q̄ est dator ⁊ largitor oīm bonorū statim pmisit eum deꝰ mori subitanee cora oibus hospitibꝰ suis. ⁊ diaboli animā suam rapuerūt ⁊ tormētis infernalibꝰ deportauerūt.

In discipulo de tēpore.

Comitissa quedā solum ꝑter ornatū vestiū damnata est. Hoc quere sermo. cxlj. J.

Mulier q̄dam dixit. Dñe ad quid valet confessio dum retineo superbum habitū ⁊ non habeo ꝓpositū dimittendi. sermo. lviij. G.

Legitur q̃ quedam nobilis virgo nomine eufemia de qua dicitur q̃ vouerat castitatem in annis puerilibus domino ⁊ votum suum quod vouerat adimplebat se coram deo et hominibus conseruans irreprehensibilem. Pater huius secularis videns eam formosam. licet inuitam et in omnibus viribus renitentem. cuidam comiti nobili despõsauit. Ac virgo illa plena spiritusancto intrabat capellam ⁊ prosciens se in terram rogabat reginã misericordie vt eam in voto castitatis conseruaret. Et aduertens q̃ ratione sue pulcritudinis iacturam sue castitatis patiebat: accepto cultello amplius inquit vana pulcritudo occasio peccati non eris. Et hoc dicto nasum sibi prescidit et labia. Et pater tyrannus hoc audiens vocato quodam crudeli rustico suo filiam illi tradidit in ancillam mandans vt sub obtentu gratie illam seruitijs rusticanis mancciparet. Et rusticus compati nescens nobili sanguini vltra modum eam laboribus ⁊ plagis affligebat. Et hec omnia patienter deuincebat deo regratians q̃ in illum statum eam deduxisset in quo aliquid pro eo sustineret. Cuz vero in dei seruitio septem annis permansisset in vigilia natalis christi in noctevt mos est christianis comedere. familia ad mensam sedente ipsa cucurrit ad stabulum vt laudes redderet suo creatori. Sed rusticus non visa virgine arrepto baculo eã quesiuit. Et directis oculis in stabulum in quo eam sepius orantem inuenit. Ecce lux totum stabulum cooperuit et putans ignem esse propius accessit ⁊ ecce virgo maria cum multitudine virginum ⁊ angelorum eam confortabat dicens. Constans esto filia quia pro hoc seruitio dabitur tibi corona regni celestis. Quod rusticus videns totam familiam clamore magno conuocauit ⁊ viderunt Eufemiam nasum ⁊ labia pulcerrima habentem ⁊ facie rutilantem: vt omnis qui eam videret de immenso dono pulcritudinis deũ laudaret. Cunq̃ pater eius hoc audisset veniam petens in loco stabuli claustrum virginum construxit in quo sancta Eufemia deo seruiẽs post paucos annos quieuit in domino.

Virgo quedam potius submergi voluit q̃ castitatem perdere.

Exemplum xv.

Cum Leodinensis ciuitas deuastaretur a brabantinis multe mulieres ⁊ virgines zelo castitatis ⁊ corporum se periculo exposuerunt. Cum autem vna earum periculose laborasset in fluuio duo ex hostibus in nauicula ad eam veniẽ-

tes eā ad nauē traxerunt vt ei turpiter cōmiscerent. Maluit autē iterū in fluuio submergi q̄ corrumpi. Nauī aūt ꝓsiluit inter vndas. Hūcq̄ nauis ex impetu salientis submergeret simul illi duo submersi perierūt. Illa vero per gr̄am dei sine dāno corporis et aie obsequēte fluuio ad littus puenit.

Virginem innocentem angelus liberauit a suspēdio.

Exemplum xvj.

Puella quedā sociata cuidam latroni in habitu pueri furtū nesciēs: furtū a latrone accipiens portandū. Latro aūt audiens strepitum post se currentiuz. intellexit illos esse quib⁹ ista abstulerat t diuertēte eo. Et cū nulla ei valeret excusatio quasi ad secessum vadēs capit puer cū furto et suspendio adiudicat. Sacerdoti confitet t totū processum aperit. Fur in nemore ārit t capitur. fure allegāte q̄ debet puniri super quē furtū inuentū est illud etiā onus suū esse negabat. puella morte condēnat. Sed sacerdote ꝓcurante p examē candētis ferri veritas cōprobat. Puelle em̄ manus tangens candēs ferrum illesa pmansit t manus furis fuit ꝓtinuo exusta. Tūc fure suspēso cognat⁹ eius insaniēs ipso de patibulo deposito puellā suspenderat. Mox autē affuit angelus qui eam sustētauit nec aliquā molestiam sensit. sed magnā dulcedinem magnāq̄ melodiā audiuit dictū est et q̄ aia sororis sue agnetis cum tali melodia celum intrauit illa hora. t tu intrabis et sequeris eam post biennium. Biduo sic pendēs pastores credentes eam mortuam inciso fune nō more cadauerū cum pondere cecidit. sed ab angelo sustentata paulatim dimissa ad terram stetit. Dixitq̄ ang⁹ us ei. Ecce nunc libera es. vade quo vis. que ait veronā ire proposui. statimq̄ in momēto est posita iuxta veronam. hec autem contigerunt iuxta ciuitatem Augustam. ab Augusta vsq̄ ad veronam septē diete cōputantur.

Virginez leo liberauit a corruptione.

Exemplum xvij.

Beatus ambrosius narrat de quadam virgine quā pagani ad ꝓstibulū traxerūt. q̄ idolis sacrificare noluit. Et q̄ virū accipe nolebat volebant eā libidine maculare t occidere. Cū autem quidā eam iam teneret t ipsa pro posse repugnaret. facta oīone leo per mediā transiēs ciuitatem ad ꝓstibulum cucurit. t arrepto hoie illo respiciens ad ad virginē. nō statim laniabat. ꝫ mandatū virginis expectabat. At ille cepit v̄gini supplicare vt leōi imperaret ne eū occideret. Illa vero volēs ꝓ malo reddere bonū de dētibus leonis liberauit hoiem. t cunctis ꝓterritis virgo intacta euasit dño cooperāte.

Miles liberauit virginem in prostibulo a corruptione.

Exemplum xviij.

Beatus ambrosius recitat de virgine quadā que erat pulcra valde t xp̄iana. t suā occultabat pulcritudinē. que dum nubere nollet opponit ei titulus xp̄ianitatis. t ꝓponit vnū ex duobus eligendum. s. vt dijs sacrificaret. vel lupanari exponeret. Sacrificare noluit tunc exponit lupanari. Audiēs hoc miles quidā xp̄ianus similis in facie et pulcritudine illi puelle. indutus armis equo veniēs ad lupanar. t dixit se esse xp̄ianū t venisse ꝓ liberatione sua. induitq̄ puellam vestibus suis. t ipe se vestibus puelle induit. ipam quoq̄ equo suo imposuit t abire iussit. ipse aūt māsit ibi. Cunq̄ venissent alij causa luxurie pficiendi. inuenerūt virū nō mulierē. Territi quoq̄ vniuersi dixerūt alter ad alterū. audiuimus q̄ xp̄s conuertit aquā in vinum. nuc aūt mutauit feminā in virum. fugiamus cito q̄ diu sum⁹ id quod fuimus.

Angelus ostendit viam duabus virginibus que errauerunt.

Exemplum xix.

Virgo deuota Elizabeth noie cum socia bona etiam deuota simul peregrinabat. Et contigit eis in via q̄ de via sunt secute. Paucefacte ergo ꝓpter siluarum ꝓximarum infortuniuz flere ceperunt. Quibus flentibus vehementer subito iuuenis apparuit coram eis. Erat iuuenis crine crispo t colore croceo. alba indutus tunica. t albo pariter collobio superducto. Salutatis ergo ipsis ab eis quo pergerent inquisiuit. Respōdentib⁹ illis ad villam libenter ire vellemus si viam sciret inquirūt. Et ille scio inquit. me sequimini. Illo igitur eum silētio precedente. ille sequuntur. nec fuit aliqua earum que aliquid loqui poterat p̄ nimio mentis gaudio vel stupore. At ille properantes viderunt villam subito in ictu oculi ductorem iuuenem perdiderūt. Que mox prostrate in terram amare ceperūt flere q̄ ductori tāto nihil amplius sunt locute. Ad cor autem post lacrimas redeuntes. exinde in spirituali vita tali solatio profecerunt. Consimile ꝓpe duobus fratribus accidit. Hoc Buil.

Virgo quedam percussit cadauer ad caput in quo erat dyabolus.

Exemplum xx.

Fuit in quadā villa noie viuella virgo deo digna. mortuis parentibus in domo fratris militis relicta est. p̄ cistercien. enim ordine diu laborās nec ad effectū producere valēs. fortiter in aīo statuit vīm posse suū etiā in seculo ordinem observare. Incessit em̄ sine lineis. obseruauit ieiunia. silentiū tenuit. carnes nō comedit. hora matutinali surrexit ad ecclesiam. et in ecclesia horas regulares exoluit. Contigit autē q̄ ea ignorante mortuum corpus cuiusdam defuncti vespere ad ecclesiam deferretur. t solum corpus ad feretrū relinqueret. Surgēs aūt media nocte virgo quā diximus inuenit quidem mortuū. sed paruz aut nihil timuit. Resedit t horas incepit dicere. Hoc vt vidit dyabolus inuidebat ei. t corpus intrans mortuū t loculū primo mouit. virgo igitur se consignans constāter ait t clamauit. Abi abole conquiesce miserrime cōquiesce. quia nihil poteris contra me agere. et mox dyabolus surgēs cum corpore. Vere inquit nunc potero contra te. et meas iniurias a te passas frequentius vindicabo. Hec vt illa vidit imperterrito corde baculū fixa cruce ambabus manibus rapuit t in caput mortuum ferens ad terrā prosecit. t sic fideli audacia dyabolū effugauit. Itaq̄ v̄go xp̄i cū angustia laborauit. vt cadauer defectū in feretrū collocaret. ꝫ frustra q̄ nō potuit. veniēs aūt mane cū p̄sbyter mirat defectū corp⁹ de fetetro. t vulnerat[illegible]apite. querit quid actum sit. fatetur virgo cum lacrimis rogās obnixius releuari corpus negat ille. allegans vilurum populū potius

q̄ gestam rem excitandū in laudē xpi. Mox turbata vgo vbi p̄sbyterum inuincibilē t inexorabilem vidit vanā t inanē gl'iam t erubescentiam formidans domum fratris cognationem t patriam dereliquit. nec vnq̄ ad eum postea redijt. sed vsq̄ ad mortem in vi uella permansit t in humilitate xp̄o spōso suo fideliter seruiuit. Hoc Guil.

Xp̄s vestiuit agnetem sponsam suam.

Exemplum xxj.

Q Hristus sponsus virginū. virgines ab oī opprobrio t p̄fusione custodit. sicut beatā agnetē cū fustigaret nuda. crine soluto tantam densitatem criniū dedit ei dñs t longitudinē vt pulcrius crinibus ornaret q̄ vestibus. t cum esset in patibulo eam lumine de celo misso vestiuit.

Xp̄s q̄ triduū sustētauit virginē in patibulo.

Exemplum xxij.

ITem legit de sctā Eulalia q̄ multa supplicia ptulit a daciano p̄side cuius corpus iussit tyrānus suspēdi. Dū q̄ triduū pmaneret in patibulo suspensum corpus deus vestiuit lumine de celo misso. t aiam morientis viderūt astantes in celū ascēdere q̄si in silitudine columbe nitentis.

Xp̄s pascit virgines Exemplum xxiij

Q Hristus pascit t nutrit virgines sicut legit fecisse btē eugenie virgini. q̄ cuz multa supplicia sub Galieno imperatore sustinuisset ignis t aq̄ t alioz tormentoz genera supesset t euasisset illesa tandē clausa tenet in obscurissimo carcere sine omni cibo t lumine. In q̄ eā xp̄s visitauit et pauit: immēso lumine t cādissimo carcerē illustrauit Que cū post multos dies mortua crederet apparuit corpulētior t pulcrior q̄ prius fuit.

Xp̄s liberauit virginē sponsam suā a diuersis martyrijs.

Exemplum xxiij.

LEgit in passione Eufemie q̄ cū esset speciosa valde t accusata p̄fessa est se esse xp̄ianaz venit ad eā p̄sistus iudex in carcerē volens eā opprimere. ipa aūt ait. Adiuua me saluator meus Jesu xp̄e amator t sponsus castoz animoz. ipa aūt xp̄i adiutorio cōualuit t p̄sistum potentē vicit. Sic p̄sistus indignatus q̄ a muliere victus esset fecit fieri rotas horribiles in quibus virginē cōtereret. Cum q̄ ministri eam p̄fitentē xp̄m audirēt t dicentē. Saluator mūdi salua me t libera me angelus statim descēdit t rotas illas conterēs t illā illesam reddēs t liberatā. Ministri āt pcussi palisi facie immutata. Cū aūt p̄ses p̄fusus cōminaret ei q̄ interficeret eā in fornace ardenti ait. Nō timeo habēs adiutorem xp̄m t cōculcabo adiutorio eius omnes tyrannicos insultz t errorē eoz. Cū aūt iuberet eā tyrannus p̄ici in fornacē quā parauerat minister cui hoc p̄ceperat dixit ei q̄ nō posset in eū manū mittere. quia videbat circa fornacē viros glorioſos paratos fornacem dispergere t eam illesam et immaculatam custodire. Alter seruus dixit q̄ nō posset facere. q̄ videbat circa fornacem candidatoz exercitū eaz expectantē. Hi duo in carcerem missi sunt t eos custodire fecit. tandem martyrio coronati sunt. tunc ejecta eam sup ignem susceperunt eā angeli dei dispergētes ignē huc atq̄ illuc. Posita est in carcerē per septē dies p capillos suos suspēsa. negato cibo t potu: sed quotidie ab angelo refecta est. Post hoc posita est inter magnos lapides qui dei a diutorio mox in puluerē sunt redacti postq̄ hec oia supasset missa est in foueā plenā vrsis t leonibus t ibi vrsos t leones supauit. Tūc a carnifice gladio percussa migrauit ad dominū. Percussor aūt eius a leone deuorabat. P̄sistus t apolonius in furiam sunt conuersi ita q̄ seipsos comedentes mortui inuenti sunt.

Quidā voluit violare virginē t excecatus est.

Exemplum xxv.

Q Vidam ab impatore obtinuit vt sctā Anastasia sibi p̄o vxore daret. p̄mittēs q̄ a xp̄i anitate eam reuocaret. Qui cum multipliciter eam attēptasset. p̄missionibus minis t supplicijs t ipsa in quadam camera immobilis per triduum remāsisset sine potu t cibo t somno. Vir intrās ad eā voluit violare eā t sic excecatus circūibat in camera nec valebat exire. Cū aūt clamaret pre doloze oculorum intrātes famuli eum emiserūt t ad idola adduxerunt eū vt responsa acciperet a demonibus vtrū a sua infirmitate curaret. dixerūt q̄ nō sed p̄pter illud q̄ fecerat anastasie. sciret q̄z ipse q̄ in inferno eternaliter esset cruciandus. Qui perterritus supza modum t turbatus cū reduceretur inter manus famulorum subito mortuus est. Ipsa aūt anastasia post multas afflictiones p̄ xp̄o passas carceris t exilij incendij t extensione corporis super quatuor palos sp̄ritum deo reddidit.

In discipulo de tempore.

Miles qui violauit virginē quōmodo in cruribus punitus est t bufonem igneum in corpore suo sustinuit. Hoc q̄re sermone. xcvj. T.

Virtutes

De virtutibus quinq̄ fratrum.

Exemplum xxvj.

Q Vidam sanct⁹ abbas quesiuit a quinq̄ fratribus suis qui sibi p̄e ceteris placuerunt virtutes t vitam ipsorum qualiter vixissent postq̄ religioſi facti essent. Primus dixit. Ego sicut q̄ singulis diebus omnia peccata mea ita cum dolore cordis pertractaui. t quicquid contra deum illo die egi cum tanta contritione confessus sum q̄si eodem die mori deberem. Secundus dixit. Omne tempus meum in duas partes diuisi. Unam oratiōnum deuotioni dedi. Aliam laboribus t seruitijs fratrum vbicunq̄ potui in minimo sic t in maximo fideliter expendi. Tercius dixit. Ego dedi me totum operibus misericordie et compassioni ita vt flerem cū flētibus. et gauderem cum gaudentibus. Quartus dixit. Ego me semper adiunxi vbi despectus habebar et sic meipsum rexi vt ad plenam humilitatem t patientiam peruenirem. Quintus dixit. Ego sic vixi vt nullum hominem turbaui nec ab aliquo turbar⁹ sum. Abbas sibi hec reuelare petiuit a deo. Et vox de celo venit dicēs. Ego do me. Ego permitto me inuenire. vendo me et permitto me furari. Ego p̄mitto me ab homine superari. Tunc abbas nō intelligēs orauit sibi manifestius illa declarari. Tunc vox de celo venit dicēs Ego do me petēti. Ego p̄mitto me i oib⁹ oziōnib⁹ t laborib⁹ fratrū inuenire. Ego vēdo me illi q̄ p̄xis p̄patit t p̄gaudet Ego p̄mitto me furari ab hu

mili ꝛ deſpecto. ꝛ ego ꝓmitto me ſuparl ab hoie qui nullū ꝓturbat. ſed ſtat in pace. Tūc abbas q̄ ſiuit q̄s melioꝛ eſſet inter illos. Tūc voꝛ de celo venit dicēs Qui nullū turbauit nec turbatus eſt.

De exercitijs quinq̄ fratrum.

Exemplum xxvij.

Abbas quidaꝫ habuit quinq̄ frēs q̄ p̄cepit vt vnuſquiſq̄ referret vtutē ſuā. Primꝰ dixit decē annis quotidie fect generalē ꝓfeſſionē. Secūdus dixit quotidie bonā attētionē per viginti annos ſtudui hīe i oīone. Tercius dixit p. xxx annos quotidie q̄tum potui miſericoꝛs fui. ꝛ intrauī infirmatoꝛiū querēs cui ſeruirē. Quartus dixit. p quadraginta annos neminē ꝓturbaui. oīa patient ſuſtinui. Quintus dixit per quinquaginta annos q̄ſiui deſpectionē. ꝛ non inueni mihi ſimilē in humilitate. Abbas igit deū rogauit vt ſibi oñderet q̄s inter illos melioꝛ eſſet. Et venit ad eū voꝛ dicēs. Primꝰ ſeipm dat dño. Scōs inuenit dñm. Tercius poꝛtat dominū. Quartus emit dñm. Quintus vincit dñm.

De virtutibus trium heremitarum.

Exemplum xxviij.

Quant tres heremite q̄ cū quererent inter ſe de virtutibus. dixit vnus q̄ ꝓpter dilectōez dei plus ſemp deſidero turbari q̄ mihi turbationes eueniant. Alter dixit q̄ p̄ dilectione dei nū q̄ me iudicantē iudicaui. Et req̄ſitus cur omitteret. dixit ꝓpter tres cauſas. Primo quia inuenio me eſſe peioꝛem q̄ ipſe q̄ locutus eſt. Scōo qꝛ nullus curat mea verba. ꝛ non credūt mihi dū de mala loquēti loquoꝛ. Tercio ſi hodie malus eſt q̄ mihi hodie infert moleſtiā. cras pōt eſſe melioꝛ q̄ ego. Tercius dixit plus me q̄ ſe diligentē diligo. Et dū quereret. q̄s ille eſſet q̄ plus te q̄ ſe diligit dixit Jeſus q̄ ꝓ me patrem ꝛ regnum contēpſit coꝛpus dedit penis quaſi nihil charius ſibi haberet.

Unctio extrema.

Sacramentum extreme vnctionis ꝓlōgat vitam

Exemplum xxix.

Quidam vir magnoꝛum operū in extremis laboꝛans cum interrogat⁹ fuiſſet ſi oleo ſancto perungi vellet. Reſpondit. Nolite obſecro talia dicere. quia omnes qui inunguñt illi moꝛiū tur. Et his dictis ſpiritum reddidit. Sed cum linthe aminibus inuolui deberet deo volente ſpiritū reſumpſit. Et oculos aperiens locutus eſt dicens. quia extreme vnctionis ſalutare ſacramentum abhoꝛrui centum annis ignibus purgatoꝛij iuſto dei iudicio toꝛq̄ boꝛ. ſed ſi perunctus fuiſſem vtiq̄ de hac egritudine conualuiſſem. Sacra eñ vnctio non eſt moꝛtis acceleratio ſed dilatio. Sicq̄ verbis finitis animā econuerſo exalauit.

Punctio vꝛoris q̄ impediuit vnctionē ſui mariti.

Exemplum xxx.

Miles quidam diues ꝛ ſtrēnuus in ſeculaꝛib⁹ exercitijs ꝛ torneamētis ꝛ haſtiludijs exercitatiſſimus religioſos ꝛ clericos in magna reuerentia ꝛ honoꝛe habebat. ꝛ eiſdem in domo ſua liberaliter miniſtrabat. Hic cum vehementē languoꝛem incidiſſet. ꝛ poſt fidelem confeſſionem ꝛ dominici coꝛporis ꝓceptionē ꝛ a religioſis ꝛ clericis qui ibi aderant req̄ſitus fuiſſet. ſi oleū ſcm̄ deſideraret. Reſpōdit. Ita deſidero. ꝛ ex toto coꝛde req̄ro. Mōvꝛoꝛ eius audiēs ꝛ nimis carnaliter eū diligens fieri non permiſit donec intellectū perdidit ꝛ agonizare cepit Cuncq̄ inunctus fuiſſet. ꝛ per ſex hoꝛas iacebat imobilis vt putaret eſſe moꝛtuus. tandem reſumpto ſpiritu vocauit vꝛoꝛem dicens. Heu heu vꝛoꝛ mea dilecta. quid feciſti. q̄re decepiſti me ꝛ decepta es. ſi cum intellectum habui inunctus fuiſſem ꝓculdubio tricesimo die a toꝛmentis purgatoꝛij exiuiſſem modo per ſeptennium in penis manebo. ꝛ vtiq̄ triginta annis ibi fuiſſem. niſi hoc religioſoꝛ ꝛ clericoꝛ quos ſemp dilexi deuota intercepiſſet oīo. Tu vero quia huius negligentie cauſa efficiēs extitiſti. impunita non trāſibis ſed vſq̄ in finē vite tue paralitica iacebis. His dictis miles in bona cōfeſſione diſceſſit. Et vꝛoꝛ eiꝰ incurabili paraliſi percuſſa poſt. xxv. annos plena patientia migrauit ad x̄pm.

Sacra vnctio diſponit animā ad celum.

Exemplum xxxj.

Religioſus quidā oꝛdinis ꝓdicatoꝛ bonifacius nomine. qui cum peteret ſacrā vnctionem a fratre richardo eiuſdē oꝛdinis. diſtulit. ipſe vocare conuentū ꝛ fuit doꝛmitū. Poſt matutinas autē cum ad infirmum ventiſſet. ait illi. O frat quid feciſti. ſi in ſero coꝛpus dñi ſuſcepiſſem nunc eſſem in palatio q̄ vidi vbi erat magiſter reginaldus. ꝛ frater rupertus ꝛ ſancti p̄res q̄ obierūt. Qui occurrentes mihi cum magno gaudio me recipiētes inter ſe me fecerūt ſedere. Cuncq̄ cū illis gauderē ecce dominꝰ Jeſus x̄ps intrauit palaciū. ꝛ ait ad me. Oꝛtet te recedere hinc. qꝛ nondum recepiſti. Nā ſi ſero communicatus ꝛ inunctus vt petebā fuiſſem cū ſanctis patribus ꝛ fratribꝰ noſtris vtiq̄ remāſiſſem in palatio tam iocundo. Hec in vitaſpatrum.

Voluntas

Malam voluntatē habens vulnerat x̄pm.

Exemplum xxxij.

Quidam ſtans in mala voluntate peccādi et etiam erat peccatoꝛ magnus. Qui vidēs beatam virginem habentem in gremio puerū Jeſum. ꝛ videbatur ei puer ille pulcerrimus in facie ſed in coꝛpoꝛe erat ac ſi eſſet tranſoſſus cuꝫ cultellis in toto coꝛpe ſuo. Et virgo beata ait peccatoꝛi. Qualiter tibi placet iſte puer. qui reſpondit. Pulcerrimꝰ eſt ſi nō eſſet tranſoſſus. ꝛ ſic vulneratus in coꝛpoꝛe Qui ait. Cuius reus eſt homo iſte q̄ hoc fecit. Qui reſpondit. mala moꝛte moꝛiatur. Reſpondēs aūt beata virgo. Tu es homo ille qui cum tuo malo ꝓpoſito denuo flagellas ꝛ crucias filium meum. ꝛ ſic tibi fiat ſicut dixiſti. Et dyabolus in tali malo ꝓpoſito fregit ſibi collum.

In bonis deus quandoq̄ recipit voluntatem pro facto.

Exemplum xxxij.

Quidā dñs caſtri habuit ſacerdotem ſibi celebrantē ſolennia miſſarum ꝛ ipſum vocari fecit vt ſe p̄pararet ad miſſam. Sacerdote autem venīente vidit ipſe dominus caſtri eum q̄nq̄ demonibus obſeſſuꝫ ꝛ nullus aliꝰ vidēre potuit. nec ipe ſacerdos ſciuit. ꝛ angelū ſuū a lōge ſtantē ꝛ cum appꝛopiq̄ret eccl'ie r[illegible]ūt eū tres demones. Cū āt ſe oīno ad miſſaꝫ ꝓfeſſiōe fctā ꝓparaſſet. dimiſerūt eū

alij duo t oẽs quinq; stabãt quasi lupi rapaces insidiando qñ finẽ suo officio dediſſet. t angelus dñi saltabat sup humerũ eius. Sacerdote stante in canone dominus castri extracto gladio amputauit sacerdoti caput suũ. Interfectione facta dñs cepit ptristari t a dño papa pniam reqrere. Qui dixit. Vade et fac qđ fatuus tuus iubet te facere. Dñs vero letus ad propria quenit t fatuũ suũ bñ fecit tractare. Quodã vo die vocauit fatuũ suũ t dixit sibi. Quid faciã qz interfeci sacerdotẽ. Qui rñdit si ipm interfeciſti pmittas te sic interficere. Cũ vo sepius hoc attẽptaſſet t fatuus semp eadẽ verba rñderet. Cogitante dño q; ali quid significaret rogauit seruũ vt qñ veniam feciſſet caput suum sibi amputaret. Facta aũt venia t extracto gladio ad amputandũ sibi caput, venit sacerdos mortuus coram altari t dixit sibi. Surge dñs voluntatem habet pro facto. Resigno aũt tibi qđ mihi fecisti. quia in gloria dei patris sum. Surrexit dominus t habitum assumpsit religiosus t ex castro fecit fieri claustrũ. in quo dño nostro Jesu christo seruiuit vsq; in finem vite sue.

Apostata cõtritus post mortẽ inuentus est in habitu suo Exemplum xxxiij.

b Beatus bernardus monachum habuit q̃ sua dente diabolo ordinis habitũ deposuit t p rochiam quendã ad regenduz suscepit t ex cõcubina secũ manẽte genuit filios t filias. Accidit igit vt p annos plurimos ibi esset nec abbas sciẽs p villã in qua monachus habitabat transiret. t ad domũ illius hospitandi gra diuerteret. Quẽ ille cognoscens t quasi ꝓprium patrem cum multa reuerentia accipiens deuote ministrauit t tã ipi q; socijs ac iumentis necessaria copiose ministrauit. nec tñ cognitus est ab abbate. Mane cũ vir sctũs dictis matutinis paratus esset ad eunduz nec posset ei loqui eo q; maturius surgẽs iuisset ad ecclesiam. Dixit filio illi⁹ sacerdotis. Vade t defer nunciũ istud dño tuo. Erat aũt puer idem mutus a natiuitate qui precepto obediens. t precipietis in se virtutẽ sentiens ad patrem cucurrit t sancti pris verba absolute valde expressit dicens. Hec t hec mandat tibi pater Abbas. Pater primã vocẽ audiẽs t pre gaudio lacrimas effundẽs t secundo t tercio eadem verba repetere ammonuit t quid sibi abbas fecerit diligẽter inquisiuit. Cui ille. Nihil mihi aliud fecit q̃ solũmõ mihi dixit. Vade t dic domino tuo hec verba. Ad tã ergo euidens miraculũ sacerdos cõpunctus festinanter ad sanctũ virum venit secq; cum lacrimis ad pedes eius ꝓstrauit Domine pater inquit monachus vester talis ac talis fui t tali tẽpore a monasterio recessi. Rogo ergo paternitatem vestram vt liceat mihi redire vobiscũ ad monasterium quia deus in aduentu vestro visitauit cor meum. Cui sanctus Berñ. Expecta me hic t ego peracto negocio cito reuertẽs ducam te mecum. Timẽs ille mortem quã prius nõ timebat respõdit. Domine timeo interim mori. Ad hoc ille inquit p certo scias quia si in tali contritione ac ꝓposito mortu⁹ fueris cora deo monachus inueneris t sic recessit. Cũ em abbas redijt illũq; sic recenter mortuum ac sepultum audiens sepulcrum aperiri precepit. dicentibus qui aderant quid facere vellent. Respondit volo videre vtrũ in sepulcro iaceat monachus vel clericus. Clericũ inquiunt in habitu seculari sepeliuimus. Resecta terra abiectaq; veste qua sepultus fuit t in tonsura monachus cunctis apparuit t magnificatus est ab oibus deus. qui voluntatẽ pro facto reputat t accipit. Hec cesarius.

In discipulo de tempore.

Latro qui in voluntate bona ad heremitã venit et ipse sprcuit eũ t quõ arbor occidit t statim eius aia ad celum euolauit. sermo. clj. D.

Itẽ latro quidã orauit vnũ pater noster corã cruci fixo t sic saluatus est. quere sermo. xlix. R.

Voluptas

Ducissa delicata quõ postmodũ computruit.

Exemplum xxxv.

d Dux quidã vxorẽ habuit q̃ ita tenere t delicate viuebat vt cõibus aqs se abluere dedignaret q̃ serui eius de roze celi vndiq; collecto laboriose et balneũ ꝓparabant. Cibos non tãgebat nisi postq; fuissent p enuchos in frusta cõcisi. au reis fuscinulis ori suo adhibebat. cubiculũ suũ ita redolebat q; vix sit auditu credibile. Dũ sic viueret iudicio dei pcussa viuẽs cõputruit vt iam nullus fetorem eius portare posset. Relinquẽtib⁹ q̃ eã oibus famulis vna sola ancilla in eius seruitio pmãsit q̃ nõ sine specierũ redolentiũ auxilio trãsire potuit sed q̃si raptim ministrans diem clausit extremum.

In discipulo de tempore.

Qui voluptuose vixit t nihil sibi ꝓpter deũ subtraxit t tamẽ bona opera fecit. ieiunando. elemosynas dando t quõ postmodum a deo iudicatus fuit. Hoc ꝗre sermo. xlij. C.

Votum.

Virgo votiua q̃ voluit cõtrahere matrimonium.

Exemplum xxxvj.

q Quedã virgo fideliter in castitate beate marie virgini seruiẽs t se ei et filio eius in castitate vsq; ad mortẽ seruire obligans. q̃ felicibus eius actibus hostis antiqui non defuit inuidia. Qui potentis cuiusdam oculos forme eius inuidens totum eius animum in amorem virginis conuertit quam cum blandicijs t promissionibus crebris ille attemptabat vt eam vxorem habere mereret gloriam t diuitias t preter deũ omnia bona sibi promitteret. Nõ em segnius quottidie perurgens q̃ incentor eius diabolus cor eius ad tantum scelus instigabat Quid plura. crebro inimici fatigata turbine corruit. t sponsa eterni regis mortalis hominis vxor fieri acquiescens renunciãs christo t eternis bonis mortalem sponsum t transitoria bona sibi elegit. Constitutur dies nuptiarum. t nocte immediate precedente diem nuptiarum cum in domo parentum illa nocte quiesceret. vidit illa nocte in somnis se raptam super os putei qui enormi amplitudine et ꝓfunditate oris sui aperuit baratrum qđ tam immanas exalabat fetores vt vniuersum huius mundi aerem videretur infecere. tam denses fumi nebulas vt seculi huius claritatem videretur de celo effugasse. Cunq; totum serpentibus t vermibus scaturiret t a clamoribus eoꝝ q̃ intus torquebant horribili miraret rugitu. vdit repente ethiopes quosdã ignitos de medio exilientes et animas deputatas tormentis absq; differẽtia crudeliter immergẽtes a qbus t ipa arrepta t cũ trahe retur inter ipos tã desperationis angustias respici-

ens. ⁊ circūspicies si eēt auxiliator. vidit antiquaz dñam suā dei genitricē ꝟginē mariā. ꝫ nimis a longe. ⁊ sic a se auersam vt ei⁹ visionē vix a longe aliq̄ ꝑ posset colligē. Tādem toto corde ⁊ oñi conatu ꝓuersa ad illaz nomē suū valde inclinās. O dña inq̄t subueni ancille tue tam ī amara necessitate ꝑstitute. At illa ꝓpius accedens. Tu inq̄t que es: Ego sum inq̄t o dña ancilla tua. tue famulatus tuecz memorie semp deuota. At illa inquit. absit tu mea non es. imo illius quē me contēpta ⁊ filio meo ꝓelegisti. ipe tibi subueniat. ipe te liberet. Illa vo imperatis verba nō ferens. imo inq̄t o dña longe sit a me. longe a corde meo ei⁹ memoria. tu vero libera ancillam tuam ⁊ nō differas o dña. qz iam absorbet me ꝓfundū. iam vrget sup me pute⁹ os suū. Cunqz se in hūc modū excusaret. vt illam iuuaret. inimici ꝗ ei⁹ eam traherēt nullas dantes inducias. Accessit pietatis mater sctā dei genitrix ad eam sua manu. manū eius tetigit ⁊ tenuit. procul inimici illico facti sūt. nec respicere eam audētes. cui tātum mīs dñi videbant adesse patrocinīū. Cūc eam ipsa blāde alloquēs ⁊ benigne ꝓsolans. hij inquit sunt fructus carnis. hoc premiū voluptatiz. in hāc precipitationis voraginem precipitem te dabas ⁊ nescie bas. Jam expta caue. ⁊ ad recupandam gratiam ei cui deseruit castitas totis viribꝰ ⁊ viscerib⁹ insiste ⁊ ego te precib⁹ meis iuuabo. dixit. ⁊ abijt. Illa vero reddidit sibi animā. ⁊ sic euigilauit. Viderāt amici diuitiz illius querentis quid fieri deberet. At illa inq̄t. procul discedite ministri mortis ⁊ incentores ignis eterni. Illiscz a facie sua cuz summa indignatione ꝑturbatis parentib⁹ ⁊ oñib⁹ ibi congregatis rem totam aperuit. Et illi hoc audiētes liberam eam dimiserūt. Et illa totis viribꝰ se in penitētie luctu ⁊ antiquo proposito reddēs instabat inꝯtum poterat recuperare gratiam dei genitricis virginis marie ⁊ filij ei⁹ domini nostri Jesu christi. Et sic i bono salubri ꝓposito postmodū finiuit vitā suā

Votiuus quidam obijt sine sacramētis. ⁊ dam natus est.

Exemplum xxxvij.

In dyocesi traiectensi erat quidā rusticꝰ vsurarius Hodescalcꝰ nomīe. tpe predicationis sctē crucis ipse crucē ⁊ votū redemit ꝑ q̄nqz libras traiectenses ⁊ circūuenit dolo dispēsatorem cū posset dedisse. xlviij. libras. nec tamen filios exheredasset. Iste sedebat ī tabernis dicens stolidi trāsibitis mare in periculo vite vestre ⁊ expēditis substātiam vestrā. redemi eī' ꝓ q̄nqz libris votū meū. vitaz meā. ⁊ manebo domi. ⁊ tamē sicem habeo vobis mercedem. Nocte quadā cuz iaceret cum vxore sua audiuit ī molendino suo quod erat ꝓximū domui sue motū q̄si rotas molentes. ⁊ dixit puero suo. vade ⁊ vide q̄d sit in molendino. Puer iuit. ⁊ redijt. horroze percussus. Cui dominꝰ q̄d est tibi: At ille. tantꝰ horroꝝ inuasit me in ostio molēdini. q̄ ꝓpulit me redire. At ille. etiaz si diabolus ibi sit. ego vadam ⁊ videbo q̄d sit. Jniecta toga scapul' venit ad molēdinū. erat em̄ nudus. ostium aperuit ⁊ introspexit. vidit duos equos nigerrimos ⁊ virum nigrum stantē circa eos. q̄ dixit ad rusticū Festina descende ad equū istum. qui propter te adductꝰ est. Ille rusticꝰ expauit. At ille niger. Quid tardas. Proijce vestem tuam ⁊ veni. Erat em̄ vestis cruce effigiata. Ille desperatꝰ ex vocatione diabolice virtutiz. relicta veste equū ascēdit. Et vir niger ascendit alterꝝ. ⁊ statim deducta sunt ad diuersa loca penarū. vbi ille miser vidit patrem ⁊ matrē. ⁊ alios ꝯplurimos quos cognouit. Et ibi vidit q̄ndaz militem Helyam de castro horst insidētē vacce furenti auerso capite. ita q̄ dorsum habuit ad cornua vacce. que huc atqz illuc discurrebat. Et crebris ictibus dorsum militiz cruciabat. Et quereret rusticus. quare illam penam sustineret: Respondit. vaccam istam rapui sine misericordia cuidam vidue. ⁊ ideo oportet me hāc penam pati sine misericordia ab ea. Dñs ea est ei sedes ignita. Et dictum est ei. Modo reuerteris ad domū tuam. post tres dies reuertez ad locum istum ⁊ mercedem accipies in ista sede. Mox a demone reductꝰ seminudꝰ inuctus est in molēdino ab vxore ⁊ familia. ⁊ dixit eis oīa que viderat ⁊ contingebant. ⁊ quasi sub desperatione vocatus est sacerdos qui consolaret eum. ⁊ ad confessionē ⁊ contritionē eum āmoneret. Respōdit. Quid ꝓsunt verba ista. non possum peri. qz superfluū ⁊ inuanū video me ꝓfiteri. ⁊ video q̄ in me sit dispositū necesse est adimpleri. Sic miser sine sacramentis ecclesie defunctus est.

Votiuꝰ quidā ꝑ triduū amisit visum.

Exemplum xxxviij.

Octo quidā litteratꝰ valde cum vouisset se pdicatorū ordinē intraturū. ⁊ iā eandē diez assignasset fratribꝰ apud mediolanū. retractꝰ a scholaribꝰ ⁊ seculari vanitate. fuit ad aliam ciuitatem vt ibi docēt. ne fratres pdicatorū ordinis tam frequēter videret. sed eodē die quo puericat' est pactum. visum pdidit. ⁊ sic ꝑ tres dies cecus pmansit. Tandē peccatū cognoscēs visum recepit ⁊ ordinem intrauit. ⁊ in eo deuote pmansit. ⁊ vitam in bono finiuit.

Periculosum ē differre votum.

Exēplum xxxix.

Quidam iuuenis Johānes nomine vouit q̄ ordinem cistertiētiū intraret. Sed accidia plenꝰ penituit. loco voti fecit pegrinationē sancti Jacobi. a qua cum redītes a suis amicis fuit susceptꝰ valde honorifice. Dormiēs. vidit se in sōno coꝝ dño cum quo erāt beati Petrꝰ Paulus Jacobꝰ ⁊ Johānes. ⁊ alij apli. Et btūs Petrꝰ vt ei videbatur tenebat in manu libz pulcerrimuz. quē dñs ꝑcepit aperi. vidit dictꝰ iohānes litteraz aureis nomē suū scriptum. quod ꝑcepit dñs deleri. ⁊ btūs Jacobus ante dñm se prostrauit. rogās. ne nomen sui pegrini deleretur. Cūc nō exaudiuit eum dñs. ꝫ dñs imperauit dicto iohāni dure valde ⁊ cum magna indignatione q̄ eum irrideret ⁊ contēneret votū suū adimplē. ⁊ precepit btō Petro vt nomē suū delēt. Btūs aūt Jacobꝰ adhuc semel. pstrauit se ante dñm. rogās ne deleretur nomē eius pegrini. pmittēs pro eo q̄ infra q̄ndecim dies votum implēt. ipe aūt excitatus a somno gras retulit suo fideiussori. promittēs q̄ ipm terminū anticipare. ⁊ sic tēp⁹ anticipās ordinē cistercien. intrauit. Factus primo abbas clarevallis. post epus apud

valentiã. vbi dicit eum multis miraculis claruisse ⁊ vitam feliciter terminasse.

Votiuũ demones profecerũt in sartaginẽ.

Exemplum xl.

LEgitur in libro Petri cluniacẽsis. q̃ quidam sacerdos in pictauia multoꝝ viciorum seruꝰ. qui cum a priore boneuallis monitꝰ fuisset frequẽter. vt seculo renũciaret ⁊ vitam suã emẽdaret ⁊ ordinẽ intraret. q̃ vouit. sed votum nõ adimpleuit. Incepit aũt subito grauiter infirmari. q̃ cum misisset pro priore. q̃ veniens ãmonuit eũ vt ꝓmissum adimplẽt. ⁊ facere nõ differret subito clamare cepit. O pater ora pro me. q⁊ duo vrsi venĩũt ad deuorandũ me. Illo vero cum aliis astãtibus orante. mox liberatꝰ est. Sed nec sic implebat ꝓmissum. Et ecce iterꝝ cepit clamare petẽs oratõnes. dicẽs. Ecce ignis occurrit ad deuorãdũ me. sed tũc iterum liberatꝰ est ad oõnes bonoꝝ virorum. Sed promissum adhuc cõplere contẽnens quasi desperando ad dei iudicium raptus. audiuit contra se ferre sentẽtiã de malis suis. ⁊ de fractiõe voti. ⁊ a raptu subito rediens retulit coram oĩbꝰ visa ⁊ audita. ⁊ q̃ ab eo esset precisa oĩs spes salutis. Et addidit. Ecce assunt duo demones portãtes vnam magnam sartaginem vt frixar in ea in eternũ. q̃ cum hoc diceret. vna gutta frixure cecidit super manus eius. que vsq̃ ad ossa eum oĩbus videntibꝰ deuorauit. Et tũc ipse ait. Nũc credite. Ecce iã demões me i sartaginẽ proiciũt Et hec dicẽs expirauit. ⁊ vitã sine ꝓtritione finiuit.

Quidã sancto Michaeli vouit vaccã ⁊ vitulum.

Exemplũ xlj.

RUsticus q̃dam cũ duceret vaccam ⁊ vitulũ ad montẽ sancti Michaelis. q̃ de periculo maris timẽs. quia quãdoq̃ viam attigit. fluctꝰ eum inuasit. exclamans. O sctẽ Michael adiuua me ⁊ libera me. ⁊ dabo tibi vaccam ⁊ vitulum. ⁊ sic liberatꝰ. dixit. Bene fatuꝰ erat sctũs Michael q̃ credebat q̃ darẽ sibi vaccam meã ⁊ vitulũ meũ. Et iterũ fluctus eũ inuasit. ⁊ iterꝝ exclamauit ⁊ ait. O bone michael adiuua me ⁊ liba me ⁊ dabo tibi vaccã ⁊ vitulum. ⁊ sic liberatus iterũ dixit. O sctẽ Michael nec vitulũ nec vaccã habebis Cum autẽ sic q̃si securus incederet. ecce iterũ fluctus inuoluens eũ ⁊ suffocãs eum. ⁊ vaccã ⁊ vitulũ cũ eo suffocauit.

Vsura.

Pro vsurarijs defunctis nõ est orãdũ

Exemplum xlij.

QUidã sacerdos orauit pro pñe suo vsurario. ⁊ manus ipi cõtremuerũt ei in missa. Et btus Bernardꝰ orauit q̃d hoc significaret. Et angelꝰ apparuit ei dicens. Nephas est orare pro vsurario qui tã dãnatus est. Et beatus Bernardus prohibuit sacerdoti ne amplius pro patre oraret. ⁊ ille sacerdos amplius nõ orauit pro anima pris sui. ⁊ sic cessauit tremor manuũ suarꝝ.

Quidã accepit cappã ab vsurario quõ punitus est.

Exemplũ xlij.

CUm ania beati Fursei egressa esset de corpe demones eum aũ tribunal iudicis accusabãt. sed nõ inueniebãt quod ei obijcerẽt. nisi q̃ aliq̃s cappã a quodã fenatore receperat. ꝗ angelis sctis orantibꝰ pro ipo. decreuit dñs vt aia ad corpus rediret ⁊ penitentiã ageret. Vnde vnus de mon iratus. aiam eiꝰ a quo cappã receperat. in eiꝰ faciem proiecit. Vñ postq̃ fuerat suscitatꝰ appuit in facie eiꝰ exustio ex aia feneratoris igne iehẽne succensa. Nec tñ creditur sctm̃ virum sciuisse illã cappã fuisse fenore acquisitã. sed inq̃rere debuit. Hoc Arnoldus.

Quidã ꝓstruxit ecclesiã de vsuris.

Exemplum xliij.

CUm q̃dã vsurariꝰ ecclesiã de vsuris ⁊ rapinis ꝓstruxisset. epm ad eiꝰ dedicatõez vocauit. Epo igit cũ suis clericis officiũ dedicationis pagẽte. vidit retro altare diabolum in cathedra stãtẽ in habitu epali. ⁊ dixit epo. Quare tũ ecclesiã meã ꝓsecras: cessa laz. q⁊ hec ecclesia merito ad me ptinet. q⁊ de vsuris ⁊ rapinis edificata ẽ. Cũ ergo epus cũ clericis fugẽt. ptinue ipe diabolꝰ grãdi strepitu ecclesiã destruxit.

Vsurarius quidã in agone dixit. denarios comedo.

Exemplũ xlv

IN dyocesi colonien̄si miles quidã defunctꝰ est vsurariꝰ admodum nomiatus ⁊ auarus. Qui cũ infirmaret. ⁊ rãdem materia ascente in cerebrũ. factꝰ est freneticus. Tunc̃ quotidie dentes ⁊ os moueret. dixerũt ei ministri sui. q̃d comedis dñe: Rñdit ille. Denarios ego mastico. vinsum em̃ fuerat ei. q̃ demones ori eius denarios infunderẽt. Nõ possum inquit sustinẽ demões istos. Ponite me ad monasteriuꝫ. q⁊ forsitan illic oõnibus seu per oõnes bonoꝝ hominũ liberabor. Qui cum delatus fuisset. clamauit. Reportate me. plures em̃ demões hic video q̃s in domo. Sicq̃ miser delatus ⁊ a demonib⁹ agitatus expirauit. Ecce q̃ execrabile viciũ sit vsura. in tormẽtis oñdit cũctis

Vsurarius quidã miserabiliter ẽ defunctꝰ.

Exemplum xlvj.

FUit quidã vsurariꝰ in brabãtie ptibus neq̃s valde. q⁊ nobiles multos ⁊ potẽtes exheredauerat. ⁊ pauperes supramodum expoliauerat. Hic frequenter occurrẽs religiosis rogabat q̃si cũ lachrymis ꝓ se orari. ꝗ in nullo penitꝰ se correxerat. Accidit autẽ. q⁊ repẽtina infirmitate correptus est. ⁊ cũ ad exitũ appropinq̃ret. ecce duo subito ingẽtes canes tenebrarũ lectũ iacẽtis ambiebãt Ipe vero protracta lingua. ꝓpria ipsam linguã ad longitudinẽ pedis distendẽs. miserabiliter expirauit. ⁊ sic miserabiliter mortuꝰ est.

Vsuraria quedam bursam cum pecunia fecit se cum sepelire.

Exemplum xlvij.

DUe sorores simul habitabãt mr̃e mortua diuiserũt hereditatẽ. altera mox portionẽ suã dedit ad vsurã. ⁊ faciens cistã firmã ꝓgregauit multã pecuniã ⁊ nõ ꝓpatiebãt sorori pauperculæ Cõtigit aũt vsurariã sororẽ infirmari vsq̃ ad mortẽ q̃ vocauit sororẽ vt cã germanitatis ei ministraret Nõ ⁊ illa fecit sperãs se aliquid acceptura. Illa videns se nõ posse euadẽ mortez. sorore emissa accessit ad cistã. tollẽs ex ea duas crumenas plenas pecunia. ⁊ exiit se ad nudũ circa vẽtrẽ. ⁊ crumenas sb oi

bus vestibus abscondit. z sorore reuersa ait. Rogo te vt cū mortua fuero a nullo ꝓmittas me nudari. ꝫ in essdez vestib⁹ in quib⁹ iam faceo. me i sepulcrū ponas atq; sepelias. ꝗd vltra. Illa mortē z sepelit sicut postulauerat. Potēti viro ad quē illa villa ꝑtinebat q vsuraria illa mortua essz innotuit. qui statim aduocatū suū misit. vt pecuniam hui⁹ vsurarie defuncte tolleret. qui veniēs aperuit arcam. recepit claues z nihil inuenit. Et cum exquireret pecunias a sorore innocēte. z torq̄ret eā ꝓpter hoc. cepit sorori de petitione ꝑdicta cogitare. z suspitionē habē de pondē corporis mortue. Dō cum recitassz aduocato. Rogauit aduocat⁹ sacerdotē. vt licēt sibi effodē corpus vsurarie. Sacerdos emisit. aptuz est sepulcrum. Mira res nudato corpore viderūt ambo scz sacerdos z aduocat⁹. maximū serpentē. qui frequēter caput suū erigens z festināter mittēs in os mulieris. z sulphur z ignē spuens in os ei⁹. quo viso. territi sunt valde. z clamauerūt. Reiicite terram velociter. diabol⁹ em̄ est qui punit vasculū ei⁹ atq; illudit. Et reuersus aduocat⁹ ad dom̄ retulit ei omia ꝙ viderat.

In discipulo de tpe.

Usurari⁹ quidā tria debebat facē scz ꝓterī. z ꝑficerī. z vsuras restituere. ꝙ dixit. Prima duo libēter facīa. z terciū nullo modo facīam. Hoc q̄re de tempore. sermone. cxiij. Z.

Item vsurari⁹ quidā in agone sibi portare fecit vasa aurea z argētea. z q̄ndo aia recreari nō potuit ꝫ dolor ꝓtinue augmētabat. tūc recōmendauit eam demonib⁹. Hoc quere. cxviij. A.

Itē vsurari⁹ quē asinus portauit infra patibulum. z ibi sepult⁹ est. q̄re ſmone. cxiij. B

Itē eps q̄dam sepeliuit in eccl̄ia sancti Faustini vsurarū. Hoc q̄re ante. B. j.

Itē vsurariū q̄ndam diaboli ꝑ pedes extraxerūt de ecclesia. Hoc q̄re ante. B. ij.

Itē vsurari⁹ quidā in claustro fuit sepult⁹. nec ipe nec monachi requiē habē potuerūt. donec ipm ecōuerso extumulauerūt. ante. B. iij.

Itē vsurarij q̄dā ꝓpter pniam z restitutōez salui sunt. Duo exēpla quere supza. R. iij. z. iiij.

Caplm de X. Xp̄ianus.

Quidam posuit iudeo xp̄m ꝓ fideiussore.

Exemplum j.

In vrbe bisantina fuit q̄dam xp̄ianus q̄ patrimoniū suū expēdit z cum iam nec pecunias nec amicruz nec etiā xp̄ianū a quo mutuaret inueniret. iudeū quēdam adijt. obnixe rogās vt ei mutuo aliq̄d ꝓcedēt. Qui cū vadē oīno petēt z ille penit⁹ non habēt q̄d ei tradēt. q̄ inq̄t aliū vadē inuenire neq̄o. velles a me ꝑ vade accipe dominū nostr̄ Ihm xp̄m quē colo. Ille ait. Iesum xp̄m deū esse nō credo. sed quia hominē iustū z ꝓpheram. eū esse nō dubito. hūc mihi ꝓ vade si dederis indubitanter accipio. Ille rūdit. fiat vt dicis. Xp̄ian⁹ accepta pecunia nauez emit. mercimonijs onerat. ad longinq̄s ptes se trāsferat. vēditis mercimonijs suis dirāt. q̄ic̄q̄ tam nisi vn⁹ dies supest reddēdi pecuniam. z ipse valde lōge distaret a loco. ꝓtristatus valde. tū ad se reuersus. ait. Nōne deū tuū iesum ꝓ te fideiussorez dedisti. Ipe ergo pecunīā tarde creditori restituat quo velit. Cōfestim ergo scrinīū fieri fecit. pecuniam iudeo debitaz. iusto pondē inclusit. mari z ei q̄ mare fecit gubernandū ꝓmisit. Mirū. sub vna nocte ꝙ multa equoz spacia scrinīū bysantine illabit vbi. z iudei mane astitit domui. Jude⁹ ergo exiēs mane ꝓtēsa manu arripuit scrinīū. z lecto suo supposuit. Post aliq̄ntulū tēporis q̄ xp̄ian⁹ reuersus fuit. iude⁹ christiano imꝓperādo dixit. O fallaces christiani. Ille aūt ait. Cur ita ista loq̄ris. quia inq̄t illam pecuniam a me accepisti. z eā die statuto mihi nō reddidisti. At ille ait. Dīne q̄ō mihi ꝓ stiteras tibi reddidi. z ipm habeo testē quē z dedi fideiussorē. Mecū ergo veni. z ei⁹ ipse testimoniū audi. Dēs igit ecclesiā adeūt. z imagini saluatoris cū multis assistūt. Tūc christian⁹ inq̄t. Domine Jesu sicut dei z hois verus es fili⁹. testimoniū perhibe veritati. vtz huic iudeo reddiderim q̄ q̄d mihi ꝓstiterat. Tūc audientib⁹ cūctis hoib⁹ imago rūdit. Testionīū phibeo tibi q̄ die ꝓstituto oīne prestitū ei reddidisti. his indicijs q̄ scrinīū in q̄ pecunia clausa ē sub lecto ipsi⁹ iacet. Audiēs aūt iude⁹ stupuit z signa ꝓbuit. z relicto iudaismo. fidei xp̄iane cum oīni domo sua se cōmisit.

Capitulū de Y.

Ymago.

Mulier nobilis q̄dam nomiauit imaginez beate virginis marie rumbulā.

Exemplū j.

In capella cuiusdā castri q̄dam vetus imago btē Marie virginis fuit in sinu tenēs filiū. non quidē per opus bn̄ fōmata. ꝫ multa virtute dotata. matrona igit q̄daz hui⁹ castri die q̄daz in capella stans ipaz imaginē respiciēs. z sculpture indignās ait. Et q̄d stas hic tu vetus rūbula. Beata maria mulierē stulti loquā nō apud filiū accusans. ꝫ penaz ꝓ culpa futurā alteri matrone ꝑdicens ait. q̄ dña illa vocauit me vetulam rūbulā. tōo sp misera erit q̄diu viuet. Post paucosq; dies ab oīb⁹ bonis mobilib⁹ a ꝓꝓio filio electa miserabilit mendicauit vsq; ad mortē. penam luens stultiloquij.

Judeus q̄daz ꝓfecit imaginē beate Marie in cloacam. Exemplū ij.

Legit etiā q̄ in ꝓstātinopoli q̄dā iude⁹ imaginē btē marie v̄ginis i tabula breui signatā vt figuratā parieti i domo cuiusdā affixā ꝑspiciēs. interrogauit. cui⁹ essz hec ꝓpria figura faciet. Cui a q̄dā rūdēte ōz. q̄ essz figura sctē marie sp v̄ginis. Dō audiēs ille infelix iude⁹ incredul⁹. diabolo instigante eandē de pariete valde iratus tulit imaginē. ad vicinā cucurrit domū. ibiq; imaginez sctām ob xp̄i ex maria nati debonorationē in hūana stercora ꝓiecit. z ibidē desup sedens q̄ idē fora mē vētrē purgauit sup imaginē btē marie v̄ginis. Et post illā turpissimā ventris purgatōez ille infelicissim⁹ hō discessit. Digne quippe z ignominiosa morte defunct⁹ est. z postea nūq; apparuit.

Puerul⁹ q̄dam porrexit christo panē.

Exemplū iij.

Exempla De y

Puerulus q̄dam accepto pane domū matris egredit.z huc illucq; deambulādo vt moris est.hmōi puul⁹ panē quē accepat comedat.Cōtigit aūt vt in quodā loco vbi btē dei genitricis marie imago in vlnis tenēs puer.erat posita vbi tdē puer transitū habēt.Quā intuēs z puerili suauitate blādiēs.eidē puero ait.O chare puer que libēs offero tibi sume. Ista vero imago lz pro exercitāda intuentiū deuotione formata tamē.vtpote sine sensu mansit immobilis.vt nec panē qui p̄bebatur accepit.nec risuz loq̄nti reddidit. Puer in incepto psistens.vt secū de pane ederet rogabat z exorabat.Cunq; diutius mō alludēdo.modo supplicādo apud ipm obtinē quereret.vt q̄tū deo placeret innocētis simplicitatis postulatio pateſceret Tādem eadē imago virtute diuina operāte manū extēdit.panē qui p̄bebatur accepit dicēs.Ecce panē sicut vis accipio.ꝛ eū post triduū tibi reddē volo. Puer itaq; hac audita rīsione domū let⁹ redijt. z sine mora infirmitate tactus lecto decubuit. Jam terti⁹ dies aduenerat.z vocāte domio sctissime marie v̄ginis filio animā reddidit.pceptur⁹ eterne vite panē z celestis regni māsionem.

Quidā fregit imagini x̄pi brachiū.

Exemplum. tiij.

Quedā mulier insecuta a latronib⁹ retro colūnā.cui⁹ beate virginis imago iminebat. Quā quidā illox lapidādo brachiū imaginis pueri Jesu confregit. Jnde mox sanguis copiose emanādo.cūctis in āmirationē z dei laudez induxit.pcussore eodē obstinato.quē ideo coz̄ omnibus hominib⁹ diabolus suffocauit.

Itē quidā blasphemādo christū z ventrē qui eū genuerat mox a fulgure pcussus cecidit stāte nimia aeris serenitate fulgente.ante.B.tij.

Itē plura exēpla de imaginib⁹ christi z Marie. Quere supra. P.xl.z deinceps.

Jpocrita.

Quidā in extremis datus est draconi.

Exemplū v.

Jpocrita quidā monach⁹ apud hoīes magne estimationis habebat.bon⁹ em̄ videbatur. Sz cū se cū fratrib⁹ ieiunare simularet occulte comedit.Qui dū morti appzopinquasz z maxime infirmaret.frēs oīes vocati sunt.q̄ venientes aliq̄d boni se ab eo audire sperabāt.ꝛ ia datus hosti coact⁹ est pdere suā simulatōez di. Quia occulte comedebā.ideo ia draconi datus suz.q; cauda sua pedes meos ligās.caput suū in os meū mittens spm̄ meū ebibit.Et his dictis despatus expirauit.z spiritū reddidit.z male mortu⁹ est.

Jn discipulo de tpe.

Jpocrita est sicut symea.vt pt̄z in illo exēplo de sutoze z symea.q̄ sibiipsi collū abscidit cū cultello sutoris.Sermone.c.A

Itē inclusa quedā ex quadā hypocrisi dixit se esse pessimā.sed ab alijs hoībus noluit hoc audire. Jbidē.sermone.c.T

Promptuarij exem
plox discipuli explicit.

Tabula

Jncipit tabula pr̄optuarij exēplox discipuli Fm ordinē alphabeti.

Abstinentia

Frater quidā abstinuit a cibo vsq; ad tercia vsq; ad sexta.vsq; ad nona.A.j.

Frater quidā pendebat amphoza madidā. ante oculos suos.A.ij.

Macharius misit vuam fratri infirmo.z ille misit alijs.z sic vltimo repoztata est ad primū.A.iij.

Frater quidā vidit in via poma pulcra.z tamē noluit gustare.A.iiij.

Duo fratres in mensa quox vnus parū.alter multum comedit.A.v.

Abstinentia sancti germani.A.vj.

Abstinentia sancti osvualdi.A.vij

Miles quidā intrauit religionē.z p̄pter abstinentiā nimiā infatuatus est.A.viij.

Adolescens punitus est in purgatozio p̄pter indiscretionē abstinentie.A.ix.

Accidia.

Monachus quidā dormitauit in choro.cui x̄pus ostendit dozsum.A.x.

Monach⁹ antiqu⁹ sonolent⁹ vidit vir longū q̄ p̄cussit eū cū nodo straminео in faciē.A.xj.

Monachus piger q̄dā qui potat⁹ fuit cū cochleari pice ardenti pleno.A.xij.

Monachus quidā habuit sudozes boza surgendi ad matutinas.A.xiij.

Accidiosus quidā quadraginta ānis ad purgatoriū deputatus est.A.xiiij.

Miles sciuit tres lr̄as s.pctā p̄pria.penas inferni z passionē x̄pi.que tria valēt p̄tra accidiā.A.xv.

Adulterium.

Juuenis quidā p̄misit adulterium.z de pena eius A.xvj.

Amicitia.

Legitur de duob⁹ amicis.quox vnus p̄o alio mori voluit.Jn remissionibus.

Aqua benedicta.

Diabolus nō potuit intrare in os ebrioſi.propter guttā aque benedicte.A.xvij.

Miles quidā spargebat se cū aqua benedicta.cui dixit diabolus vide ne me tāgas.A.xviij.

Peccator quidā obstinat⁹ bibit aquā benedictā.et contritus z confessus est.A.xix.

Baptismus

Heretic⁹ quidā nō seruauit debitā formā verboz in baptismo.B.j.

Baptisatus signauit māmillā mulieris.et statim sanata est.B.ij.

Blasphemia.

Lusor quidā blasphemauit ventrem Marie virginis.B.iij.

Quidā fregit brachiū imaginis marie.z a diabolo suffocatus est.B.iiij.

Jude⁹ inhonorauit imaginē btē v̄gis marie.B.v

Pueri blasphemātes sunt submersi.sed vnus euasit.B.vj.

Miles monoculus pcussit iudeum blasphemantē beatā virginez mariā.B.vij

Comes blasphemus qualiter punitus est.z qualiter obijt.B.viij.

Filius quidam noluit sagittare in cadauer patris sui. B.ix.

Cantare

Diabolꝰ in spē clerici cātauit dulcit. C.j.
Frater in extremis in curꝰ cerebro dulces cantus resonabāt. C.ij.
Clerici q̄dā cantauerūt saccū plenū. C.iij.

Charitas.

Cor cuiusdam virginis pre nimio amore est scissus C.iiij.
Paulinꝰ eps se dedit pro filio vidue. C.v.
Sanctulꝰ seipm dedit ad occidendū propter charitatem proximi. C.vj.

Chorea.

Christꝰ a chorizantibꝰ maxime vituperat. C.vij.
In chorea ꝓmittūtur q̄si oia pctā mortalia C.viij.
Chorizantes grauit puniūtur in futuro. C.ix.
Puella quedā fuit exusta in toto corpe ꝓpter choream. C.x.
Puelle inhibuit btā maria gaudia mūdi C.xj.
Mulier chorizans a ludentibus cum pila necata est. C.xij.
Fulmen extinxit tybicinem. C.xiij.

Confessio.

Cōfessio maxime nocet demonibus. C.xiiij.
Demōes impediūt ꝓfessionē z restitutōez. C.xv.
Demōes amplꝰ nō sciūt pctā ꝓfessa. C.xvj.
Sacerdos ꝓfitebat famulo in stabulo. C.xvij.
Quidam occultauit magnum peccatum in confessione. C.xviij.
Diabolus vidit homines claros recedē a confessione. C.xix.
Maria virgo quendā monachū sibi deuotuz a diabolo liberauit. z etiam a consuetudine inebꝛiandi reuocauit. Unde legitur q cum quidā monachus deuotus beate virgini cellariū abbatie intrasset. forti vino adeo se ingurgitauit q factus est quasi sine sensu. vbi cū mansisset post paululum. a vino excitatus temptabat ire ad ecclesiaz per claustrum occurrit ei diabolus in specie thauri maximi volens ipsum cornibus transfodere. Tunc affuit ei quedā virgo speciosissima diffusa cesarie super humeros suos. tenens in dextra manipulam lineā. z increpans diabolū z iubens eum a famulo dei discedere. Statimq; vtraq; visio disparuit. Cum autē idem monachus inceptū pageret iter z ecclesie appꝛopinquaret. affuit diabolus in specie canis hoꝛribilis. et ex impetu in euz exiliens. affuit z ꝑdicta puella eum abire cōpellens z eum iterū liberū faciens. Et sic visio disparuit. Et ecclesiā intrante affuit diabolus in specie leonis im maniſſimi rugiens z in eum impetū faciens quasi eū deuoꝛaturꝰ. sed apparuit statim virgo Maria virgam in manu tenens cōtra diabolū. z cōminans ei alia acꝛioꝛa supplicia sustinere. q̄ statim vt fumus disparuit. Puella aūt predictū monachū per manū accipiens fecit eum statim mente sanuz ac sobꝛiū ac si nihil bibisset. z ad lectum suū reclinans z signum crucis in fronte eius impꝛimēs z monens ne decetero talia facere presumeret sed in mane peccatum suū confiteret tali m onacho familiari suo. et quicq̄d imponeret adimpleret. Cum autē monachꝰ quereret que nā esset. Respondit ego sum maria mater christi. Qō audiens z procidens ad pedes eius ipm tenere cupiēs illa celos ascendit.

Latro quidam ieiunauit vigilias Marie. z nō potuit moꝛi sine sacramentis.

Exemplum .v.

Quidā maximus latro fuit z sceleratissimus non cogitās nisi de seruitio diaboli. Hoc tñ bonum habebat q̄ vigilias beate marie deuote ieiunabat in pane z aqua. z cū ibat ad furtuz salutabat eā deuotiōe qua poterat. rogās eā vt nō pmitteret eum moꝛi in peccato moꝛtali. Cū aūt captꝰ suspenderet per triduuz pependit z nō potuit moꝛi. Cum autē vocaret transeūtes vt sibi adducerent sacerdotem. Aduenięte eo cū iudice z populo remouetur de patibulo dicens. q̄ beata virgo eum sustentabat. z sic liber dimittitur. Et postmodū vitam suam laudabiliter finiuit.

Maria visitauit fratres laboꝛātes.

Exemplū .vj.

Miles depositō cingulo militari oꝛdinem cisterciē. in clareualle ingressus est. Quo dā tēpoꝛe missis cū ad laboꝛē cū fratribus exisset iussus est ibi sedere z quiescere. qꝛ annosus erat nec habuit consuetudinē laboꝛādi. Sedens pcutiebat coꝛ suū z egreferens q̄ nō laboꝛaret ceteris laboꝛātibus. Itaq; loquebat apud se o miser homūcio q̄ti sapientes. quāti nobiles scōm carnē hic in agro laboꝛāt. qui si vias seculi ingredi voluissent grāde nomen habituri essent. z tu hic sedes tota die ociosus inueterate dierū malozū. cū ante te poꝛtent pondus diei z estus delicati iuuēculi z nobiles viri. Hec loquēs apud se vidit in visu de colle superioꝛi descēdere candidatā turbā cui ꝑerat quedā mulier pulcherrima z ante eam alie due que in manibus suis manutergia poꝛtebāt. Hec dominaveniens cuz cuneo suo salutauit fratres in oscꝛulo sanctoꝛ suscepit in amplexus charitatis sue. duabus quoq; comitibus linthеolā ꝓtendētibus extergebat puluerē z sudoꝛē de monachoꝝ frontibus. Miles hoc vidēs z q̄ mater dei maria esset ignoꝛās. dentibus suis infremebat. dicebatq; apud se. O quales frēs. qualis religio vbi sic femine accipiunt z nō solū ad cōspectū z colloquiū sed etiā ad amplexū z oscꝛulum. Cui taliter cogitanti vna de cādidata illa multitudine appꝛopians dixit. q̄d imprudēter cogitas o hō. dña hec quā cernis est maria mr iesu. q̄ venit videre messoꝛes suos eos consolando z adiuuādo tanq; filios charissimos. In re-

uelationis huius cōsolatione miles ꝛfortatus ꝛ edificatus est in dei genitrice maria ꝛ in fribus suis et cibi spiritualis fortitudine laborauit. ꝛ vitā in bono finiuit. Hec Vincentius in speculo historiali libro viij.cap.cvij.

Ecclesiā fabricare placet Marie.

Exemplum .vij.

Ecclesia quedā edificata est i honore beate marie virginis.ꝛ cū edificaret adducte sūt columne mire magnitudinis. Que cum leuari nō possent ac diebus singulis casso labore plures homies fatigarent.apparuit artifici virgo maria per visum dicens. Noli molestus esse. cōiunge tibi tres pueros de scolis quorū adiutorio quod vis imple.Quod ꝛ factū est. Et pplus venit videre hoc mirādum miraculū.vt quod multitudo vtrorū fortium leuare nequiuerat.tres pueri nōdum perfecti etatis summa velocitate sublenarēt.

Maria virgo sustentauit mūdum.

Exemplum .viij.

Beatus Dominicus cū pro ordinis cōfirmatione apud deum ꝛ apud dominū papā instaret.Quadā nocte orās rome in ecclesia. vidit visione dominū Jesum christū stātem in aere. ꝛ tres lāceas contra mūdum vibrātes.Cui ad genua procidens virgo Maria. rogabat q misericors his quos redemerat fieret ꝛ iusticiā misericordia temperaret. Ad quā illius aiebat. Nonne vides quāte iniurie mihi fiunt.ꝛ quomodo mali christiani cum peccatis suis rursum me crucifigūt iusticia mea tāta mala nō patitur impunita.Tunc dixit mater ei. Sicut tu scis quia omnia nosti.hec est via per quā eos ad te reduces.habebo vnum seruū fidelez quē mittes in mūdum vt annūciet ꝛ cōuertentur ꝛ te querent omniuz saluatorem.Alium etiam et seruū dabo in adiutoriū qui similiter operetur. Tūc filius inquit.Mater. ecce placatus suscepi faciem tuā. veruntamen ostende mihi quos vis ad tātum officiū destinare. Tunc domina mater beatū Dominicū offerebat domino nostro Jesu christo.Cui dominꝰ. Tūc bene ꝛ studiose facies que dixisti.Attulit ꝛ beatū Franciscū ꝛ hunc similiter saluator cōmendauit. Beatꝰ igit Dominicus in visione ista socium diligēter considerās quez ante nō nouerat. In crastinū cum eum in ecclesia reperisset ex his q̄ noctevideratrecognouit.et in oscula sancta ruens ꝛ sinceros amplexos dixit. Tu es socius meus.tu curres pariter mecum.stemus simul ꝛ aduersarius nullus prevalebit. visionem etiā predictā ei narrauit.Et extūc facti sunt cor vnuz ꝛ anima vna in deo.qō ꝛ in suis posteris mādauerunt obseruari in perpetuum.

Maria placat irā filij sui.

Exemplū .ix.

Sacerdos quidā Guielhelmus nomie huic diuinitus multa secreta reuelata sunt.Cuz eēm in oratōe staret factus est in excessu mētis raptus ante tribunal christi.Ad cuius dexteram angelū cū tuba stare cōspexit.quē christus clara voce cunctis prie celestis exercitus audiētibus sic allocutus est Buccina.qō cū factū fuisset.tā valida erat vox tube vt totus mūdus quasi foliū de arboze tremere videret.Qui cum secundo diceret.buccina adhuc semel.mater misericordie virgo maria sciens mūdum si denuo buccinaret cōsummari.ceteris sanctis tacētibus surgens ad pedes filij procidit. ꝛ vt sentētia differret mundoꝝ parceret cum instantia multa supplicauit.Cui christus respōdit.Mater mundus totus in maligno positus est ꝛ sic me suis pctis irritat vt vel sententiā suspēdere vel homini parcere nō debeā. Nō soluz laici sed ꝛ clerici ꝛ monachi vias suas prozsus corrūpunt ꝛ me de die in diem offendūt. Tūc illa.parce dilecte fili. ꝛ si nō ꝓpter illos malos saltē ꝓpter amicos meos. ꝛ sic xps placatus est.

Multitudo populi aliquādo punitur ꝓpter delictum vnius.

Exemplum .x.

Frisio quidā nomie ꝛ arte pugil extitit. qui quotiēs de taberna ebrius ad domū rediit totiens vxorē verbis ꝛ plagis tribulauit. Tempore quodā timore mariti infirmitatem simulās ne posset notari corpus domini sibi dari postulauit. Venienti sacerdoti pugil cū cypho ceruisie ebrius occurrit ꝛ eum bibere monuit. Et cum ille respōderet.corpus domini porto.ideo nō bibam. Iratus friso cū cypho pixidē percussit.ꝛ omēs hostie tanqz stelle radiātes vise sunt. Quas sacerdos gemens in pixidem collegit ꝛ tristis abiit.Friso vero a decano prouincie citatus ꝛ excōmunicatus est.sed non curauit.Et sic postmodum in breui tēpore miser obiit. Eodē anno Jesus christus eandē prouinciā terribiliter plagauit. Nā mare in partibus eiusdē prouincie frisie terminos suos egradiens multaruz prouinciarum terrā occupauit.villas deleuit.tantam hominū extinguens multitudinē vt summa centū milia hominū trāscenderet Et cū causa plage populū lateret matrone cuidaz multum deuote apparuit beata dei genitrix dicens. ꝓpter iniuriā filij mei in sacramēto corporis eius factā submērsa est frisia. Et mox adiecit mater misericordie. Leua oculos tuos cōtra mare quod cū fecisset contēplata est pixidez a pugile percussam in summitate fluctuū natantē. Que cū intantum appropinquasset vt posset agnosci ait. Ecce corpus filij mei. In loco eīn vbi dispersum est edificari debet ecclesia.ꝛ debet exhiberi tanta reuerētia quāta sepulcro domico. Quidam vero prediues ex predicti pugilis domo ecclesia in honorez beate virginis marie edificauit.Ex his patet qz quādoqz ꝓpter peccatū vnius punitur tota cōmunitas. Vnde de hoc dicit in decre.Quādoqz multitudo ꝓpter vnius delictum punit.dist.xlv.Sed illud.

Imago beate virginis sudauit. .xi.

Exemplum i.

In quadam ecclesia cum sacerdos celebraret ꝛ populus astaret.imago dei genitricis vehementer sudare cepit vt astantes notarent ꝛ mirarent atqz ipse sudoꝛū guttule peplis matronarū extergerentur. Nutu dei obsessus eadez hora affuit requisitus de causa. Respondit quid statis admirātes.filius marie manum extenderat ad ferendum.quam si non ipsa retinuisset mundus iam minime subsisteret. Ecce hec causa sudoris est. Et territi sunt omnes audientes verba tam stupenda. hec Cesarius.

Salubre est honorare quinq dolores marie vginis.

Exẽplum .xij.

Quida sctus pater in spũ audiuit iesuz christum querentẽ a mre miscõie q fuissent dolores sui maiores in mũdo. Et illa. quinq fuerũt maiores ceteris. Primus cũ symeon te occidendũ pphetauit. Secũdus fuit cũ te pdidi per triduũ. Tercius cũ te captũ z ligatũ audiui. Quartus cũ te crucifixũ vidi. Quint9 cũ te vidi poni in sepulcrum. Cui xps ait. Qui me ad primũ tuũ dolorẽ cũ vno pr nr z cũ vno Aue maria salutauerit dabo ei cognitionem z cõtritionẽ peccatorũ. Si ad secundũ idẽ fecerit dabo ei remissionẽ oim peccatorũ. Si ad tercium idẽ fecerit virtutes quas p pctm pdidit dabo. Si ad quartũ dabo ei donũ gratie. z clbabo eũ ante mortẽ corpore meo. Si ad quintũ apparebo ei in morte et recipiã eum in vitã eternam.

Septem gaudia beate marie virginis.

Exemdlum .xiij.

Septem gaudia btẽ virginis q ipa cuidã relligioso reuelauit. Primũ q soli9 glorie mee plenitudo omnẽ gloriã angelorũ z sanctorũ antecedit. Secundũ est q sup oẽs choros angelorũ proxima sum sctẽ trinitati. Terciuz gaudiũ est q oẽs ciues celestis curie me tãq summi regis matrez venerãtes honorãt. Quartũ est q sicut dies a sole fit amena. sic tota curia celestis a mea presentia venusta iocundat. Quintuz est q summe trinitatis z mea est vna volũtas. z qcunq mihi placuerit tota trinitas ineffabili fauore cõsentit. Sextũ est q oibus in ꝟ seculo mihi seruiẽtib9 iuxta mee volũtatis arbitriũ recõpensat. Septimũ est q oino certa sum z secura q mee glie plenitudo nũq marcescet z nũq decrescet.

Maria liberauit filium cuiusdaz mulieris a captiuitate.

Exemplũ .xiij.

Femina quedã simplicis z recte vite sanctaz mariã venerabat dei genitricẽ. prosternẽs ante imaginẽ suã frequẽter flores z herbas Contigit eiusdẽ femine vnicũ filiũ captiuari. mater aũt icõsolabiliter flebat z beatã virginẽ mariã deuote pro liberatiõe filij sui orabat. Videbs autẽ q nihil pficeret ecclesiã intrauit. z imaginez beate virginis sic alloquit. O beata virgo maria p liberatione filij mei te sepe rogaui z nõ exaudisti me. Igit sicut fili9 meus ablatus ẽ mihi. sic z ego filiũ tuũ auferã z obsidem in custodiã pro filio meo ponã. Et imaginẽ puer accipiens de gremio marie domũ abijt. z lintheolo mundo inuoluit. z in cista diligẽter inclusit. Et ecce sequẽti nocte btã maria iuueni captiuo apparuit. z euz exire precepit. eiq dixit. mi tue dices vt mihi filiũ meũ det. Qui venies ad matrẽ z qualiter liberatus esset enarrauit. Illa aũt plurimũ gaudẽs imaginẽ iesu marie reportauit z gratias ei retulit.

Maria liberauit puellã paruulã a lupo.

Exemplũ .xv.

Matrona quedam honesta z deuota summo honore imaginẽ beate virginis venerabat salutatiões. honores multasq venias corã illa faciens. Tẽpore vo quodã cũ filiã paruulã invillam primã tradidisset. z infantula iã luderet in area lupus ludentẽ rapiẽs cũ ea ad siluã cucurrit. Que q dã cũ clamore magno insecuti sine ereptione puelle sunt reuersi. Ex quibus vnus in castrum cucurrit et matri in mensa sedẽti raptũ filie nũcians ait. Domina lupus comedit filiã vestrã. Cui illa turbata nimis respõdit certe lupus nõ comedit filiã meã. mox tũ a mensa surrexit. in multa cordis amaritudine capellã intrans imaginez saluatoris de sinu matris euulsit. Strãsq contra illã cũ multis lachrimis in hec verba prupit. Dña nũq rehabebis filiũ tuũ nisi mihi restituas filiaz meã. Mira benignitas atq humilitas regine celi. quasi timeret filio suo carere si mulier non rehaberet filiã. lupo protinus imperauit z puellã dimisit. Insecuti itaq plures lupi vestigia iuxta fructa deambulantẽ reperierũt videtes vestigia dentiũ lupi in gutture eius cute superficiẽtis incisa in testimoniũ tanti miraculi ad hoc reseruata. Tunc filiam ad matrẽ ducentes mox vt illam sanã vidit effecta letissime ad imaginẽ cucurrit z puerum in sinum eius restituit ait. Quia restituisti filiaz meã z ego restituo tibi filiũ tuũ.

Maria preseruauit puerũ ab igne illesum.

Exẽplum .xvj.

Quedã mulier hanc orationẽ. Aue maria sp cũ magna deuotione dicebat que cũ deberet tibũ deferre suo marito ad campũ z nõ haberet aliquẽ cui puerũ suũ cõmitteret cepit oratõnem suã dicere deuote. s. Aue maria gra ꝛc. Et sic puerũ beate virgini cõmisit dicens. Nõ habeo quenq cui puerum meũ cõmittã nisi tibi. Ec sic puerũ reliquit z ad cãpum iuit ad maritũ. Cum autem interim ignis exarsus est in prima domo auditis clamorib9 recurrerũt de campo ad domũ inuenerunt totaz exustam z dolẽtes de puero plus q de domor de amissione rerum ipsa clamauit. O beata virgo tibi cõmẽdauit puerum. z puerum quesierunt z illesum omino inuenerunt.

Paruulus quidam christo puero panem dedit. et post triduũ obijt.

Exemplum .xvij.

Pira locus est sup renũ famosus vbi adorat imago sancte dei genitricis. que ad sanctũ Bernardũ trib9 vicibus locuta ẽ. Vbi quida paruulus matre in eadẽ eccl'ia orãte inscissurã panis manu tenẽs. accessit. frangensq micã imaginĩ christi porrexit. bis verbis quibus theutonici venerari solẽt z plorari cepit pu pu. Tandez imago cunctipotẽtis paruuli infantẽ sibi reamplecti z his verbis phibẽt affari. Pu pu pe. noli flere post triduum mecũ papabis. Audiuit mater z tremuit. Supueniẽtiq seniori canonico mater miraculũ ei retulit. Qui prudẽter rem intelligens. Observa inquit infantem a die predicta. Et post triduũ non habebis ipsum. ptinus infans febre correptus in triduo moritur. z sic ad christũ peruenit. Hec Vincẽtius in speculo hystoriali libro. viij. cxcix.

Maria virgo pseruabat pueruz iudei in fornace.

Exemplũ .xviij.

Apud biturigas cũ christiani die pasce cõcarent inter pueros xpianos puer iudeus quidã altare accedens corpus dñi cum eisdem percepit. Rediens ad parentes z interrogatus vnde venisset. Respõdit se cũ socijs pueris ad ecclesiam ijsse z cũ eis cõmunicasse. Tunc pater ei9 vehe

menter iratus puerū in fornacē ardentē proiecit. Et statim beata virgo Maria puerū illesum ab igne seruauit. Mater verō pueri multos christianos z iudeos cū suis clamoribus cōgregauit. Qui videntes puerū in fornace viuentē. extractū interrogauerunt eū quomodo nō sensisset dolorē. Qui respōdit. que est super altare christianorū sibi apparuisse. z totū incēdium suo pallio deposuisse. Tunc intelligentes imaginē beate Marie fuisse. Judeū patrem pueri in fornacē miserunt z statim exusto eo multi in fide feruētiores fuerunt.

Maria virgo castissima succurrebat iudee i partu

Exemplū .xix.

Quedam mulier iudea in partu laborans et clamans pene vsq; ad exitū anie angustiabat. obstetricē quoq; obstupuerat solertia solāq; mortē tanti doloris finē prestolabat. Interea dū inter angustias anie z corporis anhelaret subito lux celitus emissa super eū emicuit. z vox pariter cū luce intonuit dicens. Jnuoca nomē Marie et saluaeris. Jnuoca matrē iesu z liberaberis. luce foris subtracta. sed in virtute verbi saluatoris intus radicata mulier toto corde fidelis z confidēs in dño. Marie nomē inuocauit magna voce. z statim felici partu filiū edidit carens oīi dolore. Audiētes autē femine iudeorū que aderāt inuisuz sibi nomē turbabant et stridebant in eaz z nisi de celo dei oculus respexisset fortassis in eodē loco earū trucidata manibus aniaz exhalasset. Itaq; maria suffragante seuientiū etiam mulierū cruentas manus euasit. z post dies purificationis sue assumptis filijs suis ad ecclesiā confugit. ac legalibus institutis z iustificatiōibus carnis abrenuncians iugū christi suaue recepit. hec Vincētius in speculo hysto. libro. viij. c. xcix.

In episcopū est electus quidā ex iussu beate virginis marie.

Exemplum .xx.

In vrbe papia fuit quidā clericus noie hieronimus. qui beatā virginē mariā multum diligebat z ei modis oibus placere satagebat. defuncto itaq; episcopo eiusdem ciuitatis collecti clerici ieiunauerūt vt eis deus ostēderet quē episcopū esse veller. Interim beata virgo maria cuidaz apparuit dicēs. Vade z dic populo vt accipiant cancellarū meū z statuant eū huius vrbis episcopū. Et ille requirens. quis nā esset ille. beata maria respondit sibi. Ille inquit qui vocat hieronimus. qui est in dei seruitio die noctuq; strenuꝰ. Et sic factū est q; q beate marie seruire studuerat in hac vita tātuz honorē meruit. z in alia felicitatē intrauit.

Maria reseruauit famulū suū in honore debito.

Exemplū .xxi.

Erat in quodā cenobio frater quidā hieronimus noie. pictor quidā optimus q; assuetus semp virginis marie staturā oīi studio virtute decorare z ornare studebat z solebat. Aduersarij quidē diaboli p cōtrariū faciebat turpissimā deformē oīmq; imagini illusiuā. post in ipsiꝰ imaginē irrisiue spuēs. Odiosus ergo his diabolus cepit hieronimū stimulare vehementissime luxurie libidine cogitans vindicare se ex perpetrata iniuria. Demū apparuit ei diabolus in specie dñe pulcerrime q; pollicebat secum gaudere si vellet sibi consentire. et respōdit hieronimus cuncta patrare si vellet cōsensum ei prebere. Dixt ei Dña. Tu es loci illius sacrista. At ille. vtiq;. Inquit ista. Accipe ergo thesauros quos sub tuo dominio habes. maxime aūt auri z argenti z frange simulq; ponas in sacco. z tunc ad me veniēs diu gauisurus. Hieronimus aūt pollicet hec agere. z cū talia operaret cepit diabolus vociferare. Currite dñi currite dñi. quia Hieronimꝰ predat ecclesie thesauros. Cum vero monachi currerent z hieronimū repperissent calices z crates cē. in auro z argento fregisse. admirati sunt valde. z interrogantes quid nam esset volens ratione se tueri timens ac tremens obmutuit. At illi quia sero erat ligauerūt eum ad colūnam. Diabolus vero ad ipsum veniens illudebat ei dicens. Nonne es ille qui me tam difformē depingebas z in faciē spuebas. q; me illusisti. illusi te ecce miser assaberis. Dic ergo marie tue quā ita pulcram faciebas vt te nūc adiuuet. Recordatus itaq; hieronimus miseratiōis genitricis dei toto corde cepit eam inuocare. vt in tantis afflictionibus sibi dignaret succurrere. Ipsa quidē pietatis mater apparuit ei z ait. Confortare in domino hieronime. z deinceps cōstans esto. z caueas tibi ab astutia diaboli. quia te non deseraz in his tribulatiōibus. Et statim apprehenso diabolo ligauit eum ad colūnam soluto Hieronimo simul vero a domino āmonitꝰ hora cōpetenti pulsat matutinū. z accensis lāpadibꝰ. z apertis libris stetit in loco consueto. Venientibus siquidē fratribꝰ atq; ad ecclesiaz hieronimū intuentibꝰ similiter ad colūnam ligatuz. mirati maxime quid nā hoc esset reperiētes sacristam consuetū officiuz z ecclesie thesauros solito modo cōsistentes. Euntes ad colūnam repperierūt diabolū quem exposuerunt eo maxime verberato. At ille stridens z clamās aufugit Deniq; cōfessus hieronimus scelus suū cepit narrare misericordiā virginis Marie. quāliter sibi misericorditar z potēter in tali necessitate subuenit.

Due sorores que fuerūt false infamate.

Exemplum .xxij.

Quedā ambas suas filias in obsequiū beate marie virginis tradidit diligēter cui erat deuota Quibus ob paupertatē de corruptiōe timens beate Marie virgini eas recōmēdauit ante altare suū dicēs. O dña has duas filias meas tibi offero mundas z virgines. z quicqd iuris in eis habeo hoc tibi do. quas nutrire non valeo Quarū etiā manus manibꝰ beate marie cōiunxit in argumentū deuotionis huius. Quibus mox domū remeātibus iuuenis splēdidus p̄ foribꝰ centū libras eisdē dedit. vnde subleuata eorū miseria ecōtra eius eaz dixerunt eas meretrices esse. z mater eis dixit Ire ad matrē vestrā beatā virginē mariā vt huic vre infamie subueniat eam deuote exorando. quo facto illis ambabus in quadā solēnitate beate marie virginis in platea cōmorātibus in p̄sentia oīm angelꝰ christi de celo descendens serta florum eis dedit dicens. Hec serta mater vestra beata virgo in argumentum vestre virginitatis transmisit. Vnde stupefactus princeps illius terre. Et omnis populus. qui quidem princeps terre vnacum populo duo mona-

sterĩa sanctimonialiũ cõstruxit in honore beate marie ỽginis ⁊ magnifice dotauit ⁊ easdem duas sorores illis duob⁹ monasterijs pfecit. Et sic infamatores earũ cõfusi sunt. ⁊ ipse honorifice ab infamia liberate sunt ꝓpter qõ oĩs ppl'us beatã virginẽ honorabat ⁊ amplius diligebat.

Maria liberauit mulierẽ innocentẽ a morte.

Exemplum xxiij.

Hulter q̃dam habuit vxorẽ ꝑbã ⁊ deuotaz beate virgini. ꝫ miser adulter odiuit eã mꝛtum. Propter inconstantias mariti mulier ad tantã deuenit inopiam q̃ oportebat nutrire puerũ cuiusdaz militis. adulter ob inuidiã vxoris sue venit occulte ⁊ amputauit puero guttur ⁊ recessit Mane dum mulier euigilasset eũ volens lactare vidit puerũ occisum ⁊ in tantũ clamorem ꝓrupit q̃ oĩes q̃ aderant in hospicio vigilarent. Istud mõ latuit patrem ⁊ mꝛem ⁊ oĩes q̃ aderant in ciuitate. Mulier deꝓhensa ducit ad iudiciũ ⁊ cũ esset adiudicata mori. ⁊ nõ hñs ꝓlocutorẽ suspiciens in celum dixit. O maria tu scis innocentiã meam. me tibi recõmendo Ꝑis ỽbis finitis venit vna dña q̃ puerũ speciosum portabat que his ỽbis oĩs alloquit. Sustinete vos iudices. quia iste puer erit hodie iudex. Statim puer alloquebat iudicem. Sic debet esse iudiciũ de homicidio. occisus apponet. ⁊ tunc responsio mulieꝛ audiet. De sapientia hui⁹ pueri oĩes mirabant: et statim puer occisus apportat⁹ fuit. Tunc dixit in iudicio. Juste iudicate filij hominũ. ⁊ dixit puero occiso. In noĩe dñi surge. ⁊ nomina illũ qui te occidit Statim puer surrexit q̃ erat occisus q̃ ante non erat locurus cepit loqui ⁊ digito ostendit occisorem. Sic muliere dimissa adulter deꝓhẽsus est. Interim domina cum puero euanuit ⁊ adulter alligatus ad caudam equi miserrime interijt.

Maria liberauit abbatissam ab infamia.

Exemplum xxiiij.

Quedam abbatissa q̃tum poterat moniales suas religiose gubernans ⁊ ad custodiã discipline coartans eas in odium sui de bono studio ꝓuocauit. ⁊ instinctu dyaboli occulto dei iudicio cum dapifero suo luxurie crimen incurrit At illa grauidam se cognoscens moniales vt ꝓius ad regulam nichilomin⁹ astringebat. Cũ ꝫ eam amplio⁹ cõcitate tandem ꝓ incessum ⁊ cibũ mulieꝛi sagacitate ab eis ꝓ certo grauj esse deꝓhendit. ⁊ statim cũ grauissimis accusationib⁹ occultatõnes tanti criminis ẽpo deferunt. Imminẽte ꝫ aduentu epi abbatissa in q̃dam ꝓiuata capella vbi orare solebat effusa in lacrimas btãm ỽginẽ deuotissime deꝓcans. Tandẽ i oratione paululũ sopozabat. Tũc beata ỽgo Maria cũ duob⁹ angel' eam alloquit. ⁊ data pctivenia delendã cito infamiã illã polliceꝛ. statimq̃ dixit duob⁹ angel' vt eam ab onere ꝓlis exonerarent. ⁊ cuidã heremite invicino manenti ꝓ septem annos puerũ nutriendũ offerrent. Quo facto liberatã ab opꝓbrio monuit: vt caueret deinceps a peccato. scias tñ inq̃t te ꝓius ab ẽpo multis opꝓbrijs fatigandã. sed ne timueꝛ quia facilem horam ꝓtransibis Post ꝫ ẽps veniens capitulum intrauit ⁊ abbatissam venire ꝑcepit ⁊ accedens contumelijs arguens de capitulo exire compellit. At illa nil metuens imꝑterrita foris stetit missi ad eam duo clerici vt crimen explorarent. Cũ nullum signũ in ea grauidatiõis inuenirent eꝑs ad pedes eius coꝛruit. veniã petijt. ⁊ oĩs detractores illius ex monasterio citi⁹ abire ꝑcepit Abbatissa vo epi scopo in cõfessiõe totũ factũ narrauit. Et ille benedicens deũ ad heremitã duos clericos ꝓ causa pueri inqrenda transmisit. Veneruꝛ ꝫ ⁊ didicerũt ab illo pueꝛ illa nocte natũ. ⁊ a duob⁹ iuuenib⁹ ad eum pauloante delatum. ⁊ ex ꝑte beate Marie sibi fuisse cõmendatũ. Audiens hoc eꝑs mirabiliter let⁹ pueꝛ septez annis nutriendũ in manu heremite dimisit. Et ipse puer postea lr̃is ⁊ vita idoneus eidẽ ẽpo in episcopatu successit.

Maria reseruauit apostatricẽ in honore.

Exemplum xxv.

In monasterio quodã sanctimonialium ante multos annos ỽgo quedam degebat nomine Beatrix. Erat ei coꝛpe speciosa mente deuota. ⁊ in omni obsequio dei genitricis feruentissima. Quotiens illa specialeꝫ oꝝones cũ fine veniam secreti⁹ offerre potuit ꝓ maximis delictijs reputauit. Facta ỽo custrix hec egit tanto deuotius quanto liberius. Quã clericus quidam videns ⁊ cõcupiscẽs ꝓcari cepit. Illa ỽba spernente luxurie istoq̃ tanto importuni⁹ instante. serpens antiquus eã vehementer incendit vt pect⁹ ei⁹ flãmã amoris ferre non posset. Accedens ỽo ad altare beate ỽginis q̃ ibi patrona erat. sic ait. Dña q̃to deuoti⁹ potui tibi seruiui. ecce claues tibi resigno. tentatiões carnis diuti⁹ sustinere nõ valeo. positis sup altare clauib⁹ clam secuta est clericũ. Quã cũ miser ille coꝛruptisset post paucos dies eã abiecit. Illa cũ hoc nõ haberet vñ viueret. ⁊ ad claustrũ redire erubesceret. facta ẽ meretrix. In q̃ vicio cũ publice annos plurimos trãsegisset. die q̃daz in habitu seculari ad portã venit monasterij. Que cũ dixisset porrarie. nosti beatricẽ q̃ndam hui⁹ monasterij custricẽ. rñdit optime. Est eñ dña ꝓba ⁊ sancta ⁊ sine querela ab infantia vsq̃ in hunc diẽ in hoc monasterio cõuersata. Illa ỽba ista notans ꝫ nõ considerans dũ abire vellet: mater misericordie in effigie mulieris ei apparens. ait. Ego ꝓ q̃ndecim annos absentie tue officium tuũ suppleui. reuertere aũt in domũ tuã ⁊ pniam age. qz nullus hoĩm nouit excessum tuũ. In forma siq̃dem ⁊ in habitu illi⁹ dei genitrix vices egerat custodie. Que mox ingressa q̃diu vixit gr̃as egit marie ỽgini. ⁊ ꝓ confessionẽ circa se gesta manifestauit confessori suo.

Maria liberauit mulierem ab adulterio.

Exemplum xxvj.

Matrona quedam cuiusdam honesti militꝭ vxoꝛ instinctu dyaboli alium admisit. que post temp⁹ aliqñ inspiratiõe diuina ducta pnia de crimine doluit ⁊ ab adulterio ꝓius cessauit Ille ỽo mariti absentiam obseruans domũ illius intrauit ⁊ cum eã solã reppisset verbis solitis ad crimẽ eam inuitauit. Qñ cũ illa renuneraꝛ vir renuentem oppmere nisus est. Et cũ videret illi nõ posse resistere ad totius castitatis patronã cõfugit di. Rogo te dña vt ꝓ illud sanctũ Aue maria me liberes. Ad qñ verbũ oĩs virtus deficit in milite ⁊ emarcuit. ⁊ sic femina incoꝛrupta euasit. nec amplius verbum adulterij facere presumpsit ad eam miles nec ausus fuit.

Maria liberauit adolescentē a tentatōne honeste mulieris. Exemplum xxvij.

Miles q̄dam etate adolescens cū quodā mili te dño suo a q̄ infeudat⁹ erat habitabat. Et is etate flozeret. plus tamen flozebat virginitate. Inuidia igit̄ dyaboli operante ab vxore domini sui grauissime cepit tentari. Qui cum p annuz de eadem tentaret̄ subinota verecundia dñe sue q̄d pateret apparuit a qua repulsus amplius affligebatur Casta enim erat matrona z viro suo fidelis. Veniēs igitur prefatus miles ad quendam heremitam passionem suam illi cum lacrimis confessus est. Cui vir sanctus fiducialiter respondēs. Ecce sanum tibi dabo consilium. p annum istū singulis diebus beatam virginem Mariā centuz vicibus angelico salutabis versiculo. z q̄cq̄d volueris p illam impetrabis. Sciebat q̄ castitatis amatrix iuuenem castū non desereret. Cūq̄ iuuenis in multa simplicitate beate marie ẏgini iniunctum obsequiū impenderet. die quadaz sedens in mensa dñi sui recozdatus est q̄ dies ea essz terminus anni. Et statim surgens equum suū ascendens vicināq̄ intrās eccl̄iaz ozationes solitas explevit. Qui cum exiret eccl̄iam vidit matronam pulcerrimam omnē decozem humanū transcendentē equū suum z frenum tenentem. mirat⁹ q̄ nam esset. Respōdit. Placet ne tibi species mea. dicente milite. Rūq̄ pulcriozem te vidi. Illa subiunxit. Ego ero vxor tua accede ad me z dabo tibi osculum. dixitq̄ nunc initiate sunt nuptie. z in tali die cozam filio meo pficientur. Ex quo ẏbo cognouit eam esse matrem dñi. cui⁹ castitas gaudet humane integritati. Ab illa vtiq̄ hoza tam plene a tentatione liberatus est. vt etiaz vxor domini sui miraretur. hec cū heremite recitassz p ordinem ille laudans dei pietatem dixit. Ego volo interesse diei nuptiarū. Adueniente aūt die constituta presente heremita miles agonisans spm̄ exalauit z celestem thalamū. p̄missas nuptias celebraturus intrauit.

Maria succurrit hominī in extremis. Exemplum xxvij.

Erat q̄dam plebanus ad modum locuples q̄ habebat famulum suū hominem surdū z mutum. que duo raro separant. Tandem idem mutus ad tantā puenit egricudinem vt lecto decumbens mozte expectaret Tunc beata virgo venit ad eum in ipso mozris articulo. z salutauit eum dicens Saluet te ihs xp̄s filiꝰ meus. Et in salutatione illico cepit loqui. Beata virgo dixit. Fac tibi venire sacerdotem z age penitentiam. z confitere pure peccata tua. z sume eucharistiā. i. cozpus dñi nr̄i ihesu xp̄i filij mei. z alia ecclesiastica sacramenta. z postea ducam te in requiem tibi p̄paratā. Qui fecit sibi vocari sacerdotem cui cōfessus est z cōicatus. Cōione facta. tunc oīs q̄ aderant admirantes interrogabant euz quid ei accidisset q̄ loqueret. qz nunq̄ ex ore ei⁹ verbum fuisset auditum. Rūdit q̄ beata ẏgo visibiliter eum visitasset z iussisset fieri sicut plebatū est. z dedisset ei loquelam. Tunc interrogauerunt eum si vnq̄ ei aliquid seruitij exhibuisset. Rūdit se ignozare se nec antea sciuisse vel audiuisse. sed cum dñm suum sabbato die ieiunare sp̄ vidisset z pp̄m die sequenti nihil operari intellexit q̄ dñs suus aliquid boni intenderet. z sic etiam cum domino suo ea intentōe ieiunasset. His auditis dixit plebanus. verū q̄dez est semp sabbato i honoze beate Marie ẏginis quo eo solitus fui te iunare. z ipse ieiunauit mecū. Hoc oēs audientes cum admiratione magna z voce iocunda laudauerunt deum z glozioſam virginē Mariā matrem eius. que non derelinquit sperantes in se z seruientes sibi p infinita secula seculoz.

Maria in extremis liberauit quendaz abbatem a damnatione. Exemplum xxix.

Quidā monachus certi monasterij Henricus nomine fuit. qui cum abbatia esset sine abbate multis modis vt eam haberet q̄siuit quod tamen erat contra voluntatem monachorum eiusdem loci. sed cuius contra eos esset. tamen per virtutem regis qui tunc erat ibi fuit positus in abbatem. rex tamen quia postq̄ vidit q̄ abbati suo monachis eiusdem loci displicebat. eum de loco eodem abstulit. z misit in abbatiam de halis. que longe ab eodem loco distabat. Et ibi aliq̄diu mansit: postea rediit ad locum certhesij. z iterum manere cepit. Non multo vero post temporis. postq̄ reuersus est intrauit in eum grauis quedam infirmitas qua z mortuus est. Quis autem iste Henricus in cunctis que agebat valde esset reprehensibilis tamen sanctā Mariam diligebat multum eiq̄ fm possibilitatem semper seruiebat. Et de ea sepius in septimana bis vel ter missam celebrabat. Cum autem ab eadem infirmitate valde esset afflictus mozq̄ timeret. mandauit abbati suo vt ad euz veniret. eumq̄ anteq̄ moreretur reconciliaret ne p̄opter peccata sua puniretur vl̄ damnaretur. Dum ergo sic ab infirmitate grauaretur. adhucq̄ in loco vbi iacebat se verteret. nescions quid potissimū agere potuisset quod eum adiuuare posset. Rogauit monachos qui ibi erant vt p̄opter deum ei misericordiam facerent. z p̄o eius angustijs quas patiebatur omnipotentis dei misericordiam exorarent. quatinus ei misericordiam faceret. eius animaz cum de corpore exiret a penis quas timebat liberaret. Interim vero dum ab abbate suo z monachis in monasterio letanie z ozationes fierent obmutuit z similis mortuo fuit. Monachi vero qui p̄o eo ozationes faciebant vt hoc audierunt statim ad eum cucurrerunt tristes z dolentes q̄ anteq̄ mozeretur inunctus non fuisset. z communionem corporis z sanguinis domini non percepisset. Cum nutem ante eum stetissent z videntes eum mutū z sicut mortuū iacentem ignozantes quid ei deberent facere. qz sicut nec viuo rectitudinem suā facere poterant. sic nec mortuū sepelire audebant. Dū ita q̄ in circumitu eius essent spumāq̄ de ore eius non modicā exire conspicerent. magisq̄ mortuū q̄ viuuz esse crederent subito respirauit z se plangere cepit. z manum ad se retrabere z ita dicere. Domina sancta Maria mater gratias tibi reddo de hoc q̄ me i hoc liberatum habes. et q̄ ego damnationem sicut p̄o merueram non incurri. que damnatio mihi citius affuisset nisi tua miseratio. tuumq̄ auxilium mihi p̄o pitium aduenisset. Domina sancta Maria gratias tibi reddo immensas de hoc q̄ filiū tuū dulcissimuz dominū meum hodie p̄o me rogasti. quatinus eius

corpus ⁊ sanguinem sumerē ⁊ rectitudinē meā quaz xp̄ianus habere deberet non amitterē. Post hoc rogauit priorem ⁊ cereros fratres qui ibi erant vt corpus dominī afferrent. eumq; cōsecarent. Cū itaq; corpus domini allatum fuisset cepit cum lacrimis dicere ⁊ veraciter ex ore p̄fiteri q; hoc veraciter esset corpus domini qō de virgine sumpsit. ⁊ p pctōrib⁹ in cruce pependit ⁊ deinde communicatus est. Quo facto rogauit vt eum citius ponerent. His oibus peractis vsq; ad finem cōgruū pductus būdixit omnes monachos q̄ ibi erant ⁊ absoluit ⁊ monachi sil'r ei fecerunt. Deinde posuerunt eum sup ciliciū. Statim q; spm̄ reddidit letus ⁊ hylaris. Cuius aiam sicut illi crediderunt qui ibi affuerunt ⁊ hec que de illo acciderant viderūt. sancta Maria quā dulcit inclamauerat suscepit ⁊ ad locum bonū pduxit. Post hoc se pelierūt eum in capitulo būdicentes deū. ⁊ laudauerunt sctām Mariā matrē dñi. q̄ ei talem miam fecerat. sicut ipsi tunc viderunt.

Hereticī exciderunt sacerdoti linguam ⁊ maria sibi restituit. Exemplum xxx.

Cum catholici cōtra albienses hereticos cruce signati duo honesti clerici per terraz illorum transitū facerent. cū ecclesiam vidissent in via desolatam. ait vnus alteri. Sabbatū est intremus hanc ecclīam vt dicam⁹ missam in honore sancte Marie ỽginis. portabant em̄ secum libū ⁊ calicem indumentaq; sacerdotalia. Dz añq; missa esset completa hereticis ꝑditi sunt. qui armata manu intrauerunt ⁊ sacerdotem de eccl'ia trahentes linguaz eius radicitus absciderunt. Quem soci⁹ cū multo labore mutilatum deducens monachis eum cōmendauit. Hi ỽo sicut viri catholici ⁊ religiosi sacerdotem mutilatum ꝓpter fidem xp̄i ⁊ genetricis ei⁹ honorē multum deuote suscipientes. oēm ei humanitatē exhibuerunt. In nocte ỽo epiphanie cum solennes decantarentur vigilie baculo parietem pulsans: ministros aduocauit. Qui cum q̄rerent quid vellet. Et ille in oratoriū deportari significaret volentes parcere ei non acquieuerunt. Tandē importunitate ei⁹ attenta in ecclesiam eum ducentes ante altare quod dam deposuerunt. Qui cum matrem misericordie tota mentis deuotione inuocasset. illa ei apparens et carnem lingue formaz habentem in manu tenens dixit oranti. Quia ꝓpter fidem filij mei ⁊ honorem meum lingua tua priuatus es. ecce nouaz tibi restituo. aperi os tuū. qō cum fecisset digitis ori eius immissis radici p̄cise carnē eandem coniunxit ⁊ vniuit. sic q; disparuit. Qui cū zacharia mox i vocē laudis erūpens clara voce clamauit. Aue mariaz vsq; in finem quam salutationem cum crebrius repeteret. stupentes accurrerunt ministri. accurrerūt de choro monachi. de tam grandi miraculo deum eiusq; genitricez glorificantes. non igit immemor nec ingratus collati sibi beneficij clericus in eodem cenobio factus est monachus. hec Cesarius.

Maria in p̄sentia hereticoꝝ cecū illuminauit. Exemplum xxxj.

Legit in ecclesiastica hystoria q̄ q̄daz erat diuin⁹ ex vtero matris cec⁹ natus. hic cōpiscens dei sapientiā seruauit dei mandata: ⁊ de⁹ prebuit eam sibi. Cum aūt per fidem cōtra iudeos ⁊ hereticos frequens haberet conflictus ỽborum. hic hereticorū perfidiam sepissime confutauit. Unde a quibusdam sepius audiuit improperium decitatis. dicentibus sibi q; gratis seruiret eis qui illuminare eum non possent. Tunc petijt inducias confidens in deo q; deus ⁊ beata virgo Maria eum illuminare curarent. tunc a sancto bonifacio romano pontifice. indicto ieiunio triduano deo studuerunt elemosynis ⁊ orationibus supplicare. His expletis precibus ⁊ plurib⁹ conuocatis. cecus stans in medio xp̄ianoꝝ ⁊ hereticorū responsorium Bande maria virgo cunctas hereses ⁊c. cum versu ad laudē beate virginis deuotissime decantabat: ⁊ statim coram omnibus clarissime vidit. Et multitudo infidelium corde sunt. ad fidem conuersi. Hic mos romanis inoleuit q; quotidie ob memoriam tanti facti responsorium illud decantant ad laudē ỽginis gloriose.

Exemplum xxxij.

Clericus quidam beate virgini deuot⁹. Cui cum per ecclesiam contingeret transitus cū omni humilitate ⁊ deuotione genuflexo illa angelica salutatione eam honorauit dicens. Aue Maria ⁊c. Rursum genuflexo. beatus venter qui te portauit christe. ⁊ vbera que te lactauerunt dominū ⁊ saluatorem nostrum. Hic aliquando molestia corporis tactus desperatus erat: tantusq; dolor inoleuit vt linguam ⁊ labia sua dentibus suis manducaret. idipsum de membris suis facturis si permitteret Cunq; iam lingua ⁊ labijs penitus absumptis vehementer in alijs membris se lederet. iacerētq; horrendus aspectu sensibus corporis exemptus vidit iuxta lectuli sui caput personam consistere. pulcram facie ⁊ reuerendo aspectu. quantum datur intelligi angelus eius erat. Hic egroti sui erumnas plorans in hunc modum lamentari videbatur. Quid O domina misericordie fons pietat; hoccine est gratie ⁊ glorie saluandoꝝ. hecq; est lingua que beatificando ventrem vbera ⁊ partum tuum longo vsu et ardenti affectu salutare sic assuefacta vt pene nihil aliud sonare nosceret in ecclesia dei. O domina si tu dees tuis quis aderit suis. Non sic domina non sic ad nihilum deueniret spes hominum si in te incipiunt non inuenire refugiū. Hec cuz ille in auribus tantū egri declamaret et in eius tantum oculis declararet. apparuit vtiq; mater domini ⁊ quasi satisfaciens de negligentia in seruulum suum de quo insultabatur ad lectulum egri propius accedit. Extractoq; vbere visa est protinus mittere in os egri et sancti lactis sui roze infuso subito sue lingue integritatem: ⁊ labijs antiquum decorem. ⁊ in toto eius corpore pristinaz restaurauit sanitatem. ⁊ surrexit sanus ⁊ incolumis. factamq; circa se misericordiam omnibus cepit predicare. Et postmodum se et sua dei seruitio mancipans. decetero duxit vitam religiosam ⁊ bonam.

Maria Johanni damasceno restituit manum abscisam. Exemplum xxxij.

Prudentio ex gestis Damasceni. Johannes damascen⁹ virgo pmanens vgini beate marie deuot⁹ grecis litteris ⁊ artibus liberalibus instructus. in scribendo: cantando: dictādo gratiosus captus a saracenis filiū domini. In cui⁹ ptē cesserat in dictamine in scriptura. ⁊ in alijs ad sciam pertinentibus sic instruxit vt in dictamine. lr̄a ⁊ voce nō nisi Johannes putaret. Irmat⁹ Johannes a the odosio impatore cum apud eū esset discipul⁹ inuidia agitat. liam dictauit ⁊ scripsit. traditionē impatoris ⁊ imperij ptinentē. quā furtiue cōstantinopolim misit in palacioq impatoris pfecta inuenta est. Et lecta mod⁹ dictandi ⁊ forma lr̄e dinoscit esse Johannis. ab impatore Johannes accersit cōuictijs ⁊ iniurijs conuincit. ⁊ pditor imperij appellat. Ostensa ē ei lr̄a. Rñ. vere dñe formā scribendi ⁊ modū dictādi meū esse cognoui. ꝯ testis est mihi deus q̄ hec nō feci. Cunctis ꝯ perstrepentib⁹ in eū eo q̄ veritatē non fateret. ⁊ reum esse mortis clamantib⁹. iudices quia amicus impatoris fuerat nō debere eum mori. ꝯ manum q̄ tm̄ nephas ppetrauerat abscidi sententiauerunt. Quo facto in detestationē tanti sceleris suspēsa est man⁹ abscisa in monasterio ipi⁹ Jobis q̄ mox ad imaginē spēal dñe sue Marie aduenies discooperto vulnere ⁊ extento brachio eam depcabat dicens. Heccine dña nostrox p̄mia sūt meritox. digne me p meritis peccatox flagellari voluisti. ꝯ vt quid instrumentū officij tui pmisisti penit⁹ abscindi. hec quippe manus hymnox laudis tue cantica sepi⁹ scribendo parabat. ⁊ corpus ⁊ sanguinem filij tui offerebat. Cunq talia perorāret ipse in lectulo suo nec plene vigilanti nec dormienti beata vgo cū magno lumine. hilariq facie eidem apparēs dixit q̄d agis puer fidelissime. heu inquit ille. dña q̄d interrogas vbi eras cuz hec paterer. ecce ad meū immo tuū dedec⁹ in eccl'ia pendet abscisa clientis tui manus. Et illa. Confortare fili inquit in dño. his dictis: eo vidente eccl'iam exijt delataq inde manū eius brachio restituit. Tunc ille gratias agens facto mane conuocatis fratribus manū ostendit moxq missam de beata vgine alta voce celebrauit. Imperator aūt audito miraculo pedester ad eum venit. ⁊ manum deoscu lans ab eo inquit. Si quem alicubi cognosceret qui suum dictandi genus ⁊ scribendi formam haberet. Quod ille q̄dem et retulit. eiq veritas diligenti⁹ inquisita innotuit.

Maledicum a deo plagatum Maria sanauit.
Exemplum xxxiij.

Quidam grossus ⁊ iracund⁹ homo cū q̄dam die p villā deambularet. lapidis offensio pedem quē nudum habebat sibi lesit. ⁊ vt doleret substomachans maledixit ⁊ dyabolū nominauit dicens. lapidē illū in noie dyaboli ibi positū fuisse. Et vix finito sermone repente q̄si violenta infectiōe aque feruentis totam faciē pfundi sentiens. ꝯ ad dom̄ suā reduct⁹ tota facies eius in tumorē cōuersa. oculi nasus ⁊ os ita tumore excrescente disparuerūt vtnō nisi monstrū in facie videret. Quatuor aūt diebus euolutis inflatio illa paululum extinanire cepit. pustulis ⁊ vesicis turgentibus repleta est vt ab omnibus elephantico morbo pcussus diceretur. Post morbus ad inferiora descendens a renib⁹ vsq ad sūmuz pedum articulos tam miserabiliter occupauit. Sicq tota illa inferior ps corpis insensibilis mānsit vt si igne ardere quidem posset. tamen ignem sentire omnino non posset. Nunq de lecto per se surgēs nunq ad sedēdum se erigere vel in quolibet latus reclinare sed semper resupinus iacere. studebat tñ i doloribus suis patientiam seruare. ⁊ deo semp gratias agere ⁊ peccata sua pre oculis habere. ⁊ p eis humiliter deo supplicare. Quadam die resurrectionis dominice cum audiret pulsare ad missam. caput erigēs ⁊ versus prefatum locum ptensis manib⁹ saluatoris clementiam exorabat. Et ecce subito vidit quandaz pulcerrimā mulierem sibi assistere que ait. Noueris p̄ces tuas exauditas a domino ihesu xp̄o filio meo. fac ergo q̄ moneo ⁊ fac te deferri ad eccl'iam meam ⁊ ibi corax imagine mea p salute tua interuenī. ⁊ statim sentiens virtutē diuini auxilij. Quod cum fecisset dei auxilio ⁊ matris eius pio suffragio ad plenum sanatus est.

Maria ⁊ sanct⁹ Hypolit⁹ sanauerūt quendā maledicū. Exemplum xxxv.

Rustic⁹ quidam noie Petrus in festo marie magdalene aratro boues iūxit ⁊ cum iratus opus ceptum malediceret. boues ⁊ aratrum fulmine consummuntur. ⁊ ipsum petrū qui ꝯ fuerat impetratus protinus sacer ignis arripuit. ⁊ carnib⁹ ⁊ neruis tibie et crurum iam consumptis ⁊ ad ecclesiam beate Marie magdalene cuius festum infrege rat afferri se petijt Quo facto ignis ex toto extinct⁹ est in corpore suo sed non sanatus. Audiuit autez loquentes de quadam ecclesia beate virginis Marie miraculis insignita. Ad quam deuehi postulauit. Accessa nauī ⁊ sedens in pupi illusus tibia a sua compage resoluitur. ille patienter hoc sustulit. ⁊ cum ad ecclesiam venisset ipsa nocte beata virgo quam fideliter implorauit cum sancto Hypolito in visione apparuit. ⁊ eidem sancto hypolito vt ipm petrum sanaret imperauit. Statim sanctus Hypolitus coram tibiam ⁊ pedem illius circūquaq recolligens in momento sanauit.

Plagas illox q̄ occiderūt hoiem in eccl'ia sctē marie virginis. Exemplum xxxvj.

Quedam milites cum odio haberēt quendam virum ⁊ quererent occidere illum. inuenta oportunitate sine amicorum presidio reperientes eū impetum fecerunt vt eū interficerent. At ille pscius fugit in eccl'iam in honore sancte marie consecratam. si forte ob reuerentiam eius posset imminens euadere periculum ⁊ mortem. Illi vo crudeles ⁊ irreuerenter ecclesiam ingressi absq vlla miseratione peremerunt eum coram altari. Ob quam rem commota est aduersus eos sancta Maria. Et mox vlciscente deo omnipotenti tantam presumptionem igne accensi sunt. qui singulorum membra cepit vehementer exurere. Qui diuinam super se sentientes vltionem. nimio dolore coacti ad deprecandum ipsam dei genitricem quam multum offenderant, cum magna cordis conritione conuersi sunt. Quorum precibus ipsa virgo sancta Maria que est semper pietate repleta: clementer liberauit eos ab igne quo vrebantur largiente deo. Non tamen ex toto sanitas reddita est sibi. Statim autem postq

pergere potuerūt eꝑm adierūt. q̄d egissent vel quid eis accidisset narrauerūt. ⁊ ab eo pniam sibi dari poscerunt. Quib⁹ eꝑs indicens pniam armox q̄bus ipm virū perimerant loco pnie ꝓut sibi visum est eis imposuit. videlicet vt indesinenter ea sup se ferrent ⁊ congrue penitterent donec deo ⁊ sancte eius genitrici satisfacerent.

Monialis lesit sibi tibiā. ⁊ maria sanauit eam.

Exemplum xxxvij.

Contigit in quodaz cenobio sctimonialium res valde delectabilis. erat eñ ibi sozor quedam vite ꝓbabilis multūq; feruens in obseqo beate Marie ꝑpetue virginis. Hec cū in genuflexione nimio impellente feruoze tpe quodā genu vulnerasset. atq; in meridie in infirmario dormiret. visa est ei in somnis astare beata virgo. pixidē vnguenti portans in manu sua immissisq; digitis de eodē vnguento punxit vulnera virginis. statimq; tanta fragrātia affuit vt sozores in ꝓximo dormientes odoze illi⁹ excitate surgerent. ⁊ ad lectum eius venirent. eo q̄ maioz ibi sentirē virtus odoris dormientē excitauerūt Quā cū quesiuissent vnde esset odoz tantus. illa cause non ignara. nihil illis dicere voluit. ideo rennuēs vt irent dormitum. Que dū rursum obdormisset. itez rum affuit mater domini. secū illā ducens p visionez in pomeriū. Cui manū sub mentū ponens dixit. modo dimitte te sup genua tua. qō cum fecisset domina nra subiunxit. Decetero sic modeste debes petere veniam. Hec Cesarius.

Iuuenis q̄dam cōsumpsit pr̄imoniū suū. ⁊ maria subuenit ei.

Exemplum xxxvij

